a *dulenter agere.* Sir. XVIII. 29. ἐσοφίσαντο, *dictis proferunt sapientiam.* Sir. XXXIV. 25. ἐν οἴνῳ μὴ σοφίζου (Sic habet cod. MS. teste Corn. de Lapide), h. e. ne *ostenta* te peritum potandi et rei Bacchicæ. Sirac. XXXVIII. 24. σοφισθήσεται, *doctus et literatus evadere potest.* Sirac. XXXVII. 23. ἐστὶ σοφιζόμενος ἐν λόγοις μισητός. Latinus vertit: *qui*
b *sophistice loquitur, odibilis est.* Hesychius: σοφίζεται, σοφόν τι λέγει καὶ παραχρούεται τῷ λόγῳ. Suidas: σοφιστής, ἀπατεὼν, παρὰ τὸ σοφίζεσθαι, ὅ ἐστι λόγοις ἀπατᾷν.

ΣΟΦΙΣΤΗ'Σ, *sapiens,* i. q. σοφὸς, *doctus et peritus artifex, artifex callidus et ingeniosus,* it. *callidus, vafer, magus.* חָכָם. Exod. VII. 11. συνεκάλεσε δὲ τοὺς σοφιστὰς Αἰγύπτου, con-
c vocabat sapientes (h. e. *rerum arcanarum peritos et magos*) Ægypti. — חַרְטֻמִּים. Theod. et LXX sec. cod. Oxon. Gen. XLI. 24. Adde Dan. I. 20. sec. cod. Chis. ubi Theodot. τοὺς ἐπαοιδοὺς posuit, et ib. II. 18. Suidas in v. σοφιστής· Τὸ δὲ παλαιὸν σοφιστὴς ὁ σοφὸς ἐλαλεῖτο. Idem de eadem voce: οὕτως ἔλεγον πάντας τοὺς πεπαιδευμένους. Hesychius: σο-
d φιστὴς, ἀπατεὼν, διδάσκαλος πανοῦργος.

ΣΟΦΟ'Σ, *sapiens,* it. *in arte quadam peritus.* אֱמוּנִים plur. ex אֵמוּן, *veritas.* Prov. XIII. 18. ἄγγελος δὲ σοφὸς ῥύσεται αὐτὸν, ubi tamen Jaegerus non male conjecit legendum esse σαφής. — דַּעַת, *scientia.* Prov. XIV. 7. — חָכָם. Gen. XLI. 8. 2 Sam. XIV. 2. ἔλαβεν ἐκεῖθεν γυναῖ-
e κα σοφὴν, sumebat inde mulierem *peritam in arte sua.* Job. V. 13. σοφοὺς, *fallaces, fraudulentos.* Sic חָכַם Exod. I. 10. ubi LXX per κατασοφίζεσθαι transtulerunt. Jer. IX. 16. καλέσατε τὰς θρηνούσας, καὶ ἐλθέτωσαν, καὶ πρὸς τὰς σοφὰς ἀποστείλατε, vocate lamentatrices, ut veniant, et illas, *quæ in arte sua peritæ sunt,* mittite. Ad quem locum Chrysostomus in Caten. Ghisler. p. 813. θρηνητρίας f
καλεῖ πανταχόθεν γυναῖκας καλεῖν, καὶ σοφὰς αὐτὰς λέγει. τί δήποτε; κατὰ τὴν ἔξωθεν αὐτῶν ὑπόνοιαν σοφὰς τὴν οἰκείαν ἐπιστήμην. Τὸν γὰρ εἰδότα τι σοφὸν εἴωθε καλεῖν, ὡς ὅταν λέγει (Psalm. LVII. 5.)· φαρμακοῦται φαρμακευομένη παρὰ σοφοῦ. Καί (Ies. XIX. 12.)· ποῦ εἰσὶν οἱ σοφοὶ τάνεως; Ies. III. 2. σοφὸν ἀρχιτέκτονα, *artificiosum* vel *peritum* architectum. Conf. 1 Cor. g
III. 10. et ad h. l. auctores citatos Wolfio p. 343. seq. — חַכִּימִין: חַכִּימַיָּא Chald. plur. Dan. II. 12. 13. V. 7. 8. 16. — חָכְמָה, *sapientia.* Prov. XIII. 10. XVII. 25. — חַרְטֻמִּים plur. *scripturæ hieroglyphicæ periti,* etiam: *magi Persici.* Inc. Gen. XLI. 8. Syrus Dan. II. 2. — מְחֻכָּם part. Pyh. *peritus.* Ps. LVII. 5. φαρμακοῦται φαρμακευομένη h
παρὰ σοφοῦ. Sic quoque Theodot. Vulg. *sapienter.* Sed ipsa lectio mihi est suspecta. Num fortasse legendum est παρασοφοῦ, aut παρασόφως? Quod si lectio recepta retineretur, statuendum esset, φαρμακεύεσθαι esse *edoceri incantationes, institutum esse in arte incantandi,* ut φαρμακούμενος παρὰ σοφοῦ sit incantationes edoctus ab *artis perito,* qui i
adeo bene callet hanc artem. Aquila habet σεσοφισμένου. Tunc legissent מֵחַכָּם loco מְחֻכָּם. Theodoreto ad h. l. σοφὸς exponitur ὁ θηρεπῳδός. Sic etiam ex eodem Suidas. Confer et quæ modo ante ex Chrysostomo notata sunt. Prov. XXX. 24. — נָבוֹן part. Niph. a בִּין, *intellegens.* 1 Sam. XVI. 18. 1 Reg. III. 12. — סָתוּם part. Pah. *occlusus.* Ez. XXVIII. 3. k
— פִּקֵּחַ, *apertus,* sc. *oculis, videns.* Aqu. Exod. XXIII. 8. Sed recte dubitat ad h. l. Scharfenbergius, an σοφῶν vere ab Aquila venerit; potius statuit, hanc vocem esse glossam e Deut. XVI. 19. huc translatam. —

a רָם, *excelsus*. Job. XXI. 22. ubi σοφοὶ sunt i. q. σοφοὶ παρ' ἑαυτοῖς, *qui sibi ipsi sapientes videntur, arrogantes, superbi*. Vide Lex. N. T. s. h. v. Hesych. σοφὸς, φρόνιμος, φιλότεχνος καὶ ἐξευρετικὸς, καὶ ὁ τῶν θείων ἔμπειρος.

ΣΟΦΟ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *sapiens fio*. חָכַם. Proverb. IX. 12. XIX. 20. XXVII. 11.

ΣΟΦΟ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *sapiens sum*.
b חָכַם. Job. XXXII. 9. Prov. IX. 12. XIII. 21.

ΣΟΦΩ'ΤΕΡΟΣ, compar. *sapientior*. חָכָם, sequente מִ. Proverb. XXVI. 16. XXX. 24. Ez. XXVIII. 3.

ΣΟΦΩ'ΤΕΡΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *sapientior fio*. חָכַם, sequente מִ. Proverb. VI. 6.

ΣΟΦΩ'ΤΕΡΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *sapientior*
c *sum*. חָכַם, sequente מִ. Prov. IX. 9. — הוֹסִיף לֶקַח, *addo doctrinam*. Prov. I. 5.

ΣΟΦΟ'Ω, *sapientem facio, instruo*. פָּקַח, *aperio*. Ps. CXLV. 6. Sensu morali vocem Hebraicam accepit.

ΣΟΦΩ͂Σ, *sapienter*. חָכָם. Ies. XXXI. 2. XL. 20. — בְּחָכְמָה, *in sapientia*. Al. Prov. XXXI. 26.

ΣΠΑ'ΔΩΝ, *spado, eunuchus*. *מָעוּךְ
d *compressus, compressos habens testiculos*. Inc. Lev. XXII. 24. σπάδοντα sec. Codd. Coisl. et Lips. — סָרִיס, *eunuchus*. Genes. XXXVII. 35. Ies. XXXIX. 7. Hesych. et Suidas: σπάδων, ὁ εὐνοῦχος.

ΣΠΑΘΑΡΙΚΑ', *spatharica, ornamentum muliebre*, quod cui voci Hebr. respondeat, non ita perspectum esse scribit Montfauconus.
e Symm. Ies. III. 23. In Hexaplis ad רְדִידִים refertur. Potest tamen eodem jure ad antecedens צְנִיפוֹת referri, quod *calyptras, theristra* notat. Kreyssigius, qui σπαθαρίσκα a σπαθαρίσκον (quam tamen formam a linguæ Græcæ analogia magis abhorrere fatetur, quam formam σπαθαρίσκος, cum qua κλαδίσκος, λημνίσκος, etc. conferre possis) potius legendum conjicit, interpretem potius צְעִיפוֹת legisse opinatur.

ΣΠΑΘΑΡΙ'ΣΚΟΣ, *spathariscus*. Hoc quid sibi velit, se non videre fatentur Drusius et Montfauconus. Drusius confert *spathalion, muliebre ornamentum, quod brachio inserebant armillæ* seu *brachialis loco*. Fischero autem in Clavi Verss. GG. pag. 77. videtur notare *peplum* seu *flammeum* ita dictum, quod esset *pavidense*, non *levidense*, a σπάθη, quod *instrumenti* vocabulum est, *quo percussisse veteres et condensasse fila* leguntur. Vid. Pollux VII. 36. et Salmasius ad Scriptt. Hist. Aug. p. 344. צָעִיף, *pepli s. veli genus quoddam, quo fœminæ Orientis tempore maxime æstivo os obvolverent*, τὸ θέριστρον, ut LXX h. l. transtulerunt, Inc. et Schol. ed. Rom. Genes XXXVIII. 14.

*ΣΠΑ'ΙΡΩ, *palpito, vibro*. 4 Macc XV. 15. ἐπὶ γῆς σπαίροντας. Photius: σπαίρει, ἅλλεται, σκαρίζει, ἐκπνεῖ τὴ ψυχήν. Adde Zonaram col. 1665.

*ΣΠΑ'ΛΑΞ, i. q. ἀσπάλαξ, *talpa* תִּנְשֶׁמֶת, idem. Lev. XI. 30. sec Ald. In reliquis libris legitur ἀσπάλαξ. Confer Etymol. M. 161. 7 Similis huic est vox σπάλαθρος, pro qua etiam ἀσπάλαθρος ponitur. Vid Etymol. Gudianum 84. 25.

*ΣΠΑ'ΝΗ, *raritas, paucitas*. Vid s. v. σπάνις.

ΣΠΑ'ΝΙΖΩ et ΣΠΑΝΙ'ΖΟΜΑΙ, *ra resco, rarus sum, diminuor, penuri laboro*. אָזַל, *abeo*. Job. XIV. 11 χρόνῳ γὰρ σπανίζεται θάλασσα, tem pore enim *diminuitur* aqua. Le Cyrilli MS. Brem. σπανίζεται, σκο πίζεται, λείπει, ὑστερεῖται. Idem fe quoque habet Zonaras Lex. 166 Judith. XI. 13. ἐσπανίσθη πᾶν ὕδω Præterea legitur apud Inc. se Schol. ed. Rom. Lev. XIII. 55. pr

a Hebr. פְּחֶתֶת, *fossio*, σπανίζουσαν, quam lectionem Montfauconus alio et extra locum proprium translatam putat. Bielius autem retulit ad מַמְאֶרֶת, *pungens, corrodens*, v. 51. cum qua voce quoque jungitur a Montfaucono. Ib. XIV. 44. in quibus locis de *lepra* sermo est. Bahrtius corrigit σπαθίζουσα, quæ tamen vox non ita usurpatur, ut
b vocibus Hebr. et lepræ conveniat. Forte legendum ξανθίζουσα, coll. v. 57. ubi τῷ פֹּרַחַת, *gemmescens*, respondet. Vide ad priorem locum Montfauconum. — *חָתַם, *obsigno*. Dan. IX. 24. sec. cod. Chis. καὶ τὰς ἀδικίας σπανίσαι, pro quo in sequentibus συντελεσθῆναι ponitur. Bene quoad sensum. Nam *sigillum* in ll. Or. pro *fine* seu *extremo alicujus*
c *rei* ponitur. Sic in Consess. Harir. I. *sigillum circuitus* est *extremum viæ*, et Coran. Sur. XXXIII. 40. Muhamed se vocat *sigillum prophetarum*, h. e. *ultimum*, ac fortasse *præstantissimum*. Sed fortasse etiam pro σπανίσαι rescribendum est σφραγίσαι, ut legitur apud Athanasium de Incarnat. Verbi Dei T. I. p. 92. ed. Col. ac Theodoretum.

d ΣΠΑ'ΝΙΟΣ, *rarus, paucus, parcus*. Σπάνιον pro σπανίως, adverbialiter, *raro*. יָקָר, *pretiosus*. Symm. 1 Sam. III. 1.

ΣΠΑ'ΝΙΟΝ ΕΙ'ΣΑ'ΓΩ, *rarum induco*. הוֹקִיר Hiph. a יָקַר, *pretiosum habeo*. Prov. XXV. 17. σπάνιον εἴσαγε σὸν πόδα πρὸς τὸν σεαυτοῦ φίλον, *rarus sis* in amico tuo conveniendo. Hesych. σπάνιον, ἀραιόν.

e ΣΠΑ'ΝΙΣ, *raritas, penuria, inopia*. אֶפֶס, *defectus*. Symm. Prov. XIV. 28. — מְאֵרָה, *maledictio*, quod de *victus omniumque rerum penuria* eodem modo dicitur, ut oppositum בְּרָכָה de *copia et abundantia omnium rerum*. Aquila juxta Cod. Coislin. Deut. XXVIII. 20. Montf. edi jussit σπάνη. Inc. sec. cod. Barberinum Mal. II. 2. σπάνιν, quod aut a Symmacho profectum est, aut f
ex altera versione Aquilæ haustum. Judith. VIII. 9. ἐν τῇ σπάνει τῶν ὑδάτων, *in penuria aquarum*.

ΣΠΑΡΑΓΜΟ'Σ, *laceratio, laniatus, convulsio, perturbatio*. תַּרְעֵלָה, *horror, vertigo*. Symm. Ies. LI. (17.) 22. σπαραγμοῦ, ubi de *commotione* ac *perturbatione animi* dicitur.

ΣΠΑΡΑ'ΣΣΟΜΑΙ, *laceror, perturbor, valde commoveor*. הָמָה, *strepo*. Jerem. IV. 19. ad quem locum Chrysostomus in Catena Ghislerii pag. 369.: σπαράσσεται ἡ καρδία μου, τουτέστιν, ὑπὸ τοῦ δέους πηδᾷ, μόνον οὐχὶ ἐξελθεῖν βουλομένη. Μιμεῖται μητέρα τὰ σπλάγχνα σπαραττομένην ἐπὶ τέκνων ὀλέθρῳ. — הִתְגָּעֵשׁ g
Hithp. *commoveor*. 2 Sam. XXII. 8. τὰ θεμέλια τοῦ οὐρανοῦ συνεταράχθησαν καὶ ἐσπαράχθησαν, fundamenta cœli conturbabantur, et *vehementer commovebantur*. — שָׂרַט, *cædo, incido*. h
Aqu. Zach. XII. 3. σπαρασσόμενος. 3 Macc. IV. 6. virgines θρῆνον ἐξῆρχον, ὡς ἐσπαραγμέναι σκυλμοῖς ἀλλοεθνέσι, tanquam *laniatæ* a gentilium vexationibus. Hesych. σπαρασσόμεθα, ξεόμεθα, ταραττόμεθα.

*ΣΠΑΡΑ'ΣΣΩ, *lacero, dilacero, dilanio*. הִשְׁלִיךְ Hiph. a שָׁלַךְ, *projicio*. Dan. VIII. 7. sec. cod. Chis. ἐσπάραξεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν. Conjicere facile quis posset, legendum esse i
ἔῤῥαξεν, coll. 10. et 11.: Segaario tamen ad h. l. videtur nihil mutandum, et ἐσπάραξε cumulata virtute positum esse.

ΣΠΑ'ΡΓΑΝΟΝ, *fascia, pannus oblongus, in quo infans involvitur*. הָחְתֵּל inf. Hoph. *fasciando*. Ez. XVI. 4. ἐν σπαργάνοις οὐκ ἐσπαργανώθης, *fasciis non obvolutus es*. Conf. Sap. VII. 4. Hesychius: σπαργάνοις, δεσμοῖς, ῥάκεσι.

ΣΠΑΡΓΑΝΟ'Ω, *fascio, fasciis involvo*. הֻתַּל Pyh. Ezech. XVI. 4.

a — חֲתֻלָּה, *fascia.* Job. XXXVIII. 9.

ΣΠΑΡΤΙ'ΟΝ, proprie *funis sparteus,* et generaliter *quilibet funis, filum.* חוּט, *filum.* Gen. XIV. 23. ἀπὸ σπαρτίου ἕως σφυρωτῆρος ὑποδήματος, a *filo* usque ad corrigiam calceamenti. Aquila ibi pro σπαρτίου habet ῥάμματος. Unde apud Hesychium: σπαρτίου, ῥάμματος. Jos.
b II. 18. σπαρτίον τὸ κόκκινον, *filum coccineum.* Jud. XVI. 12. Vide et Cant. IV. 3. Vulgat. ibi: *sicut vitta coccinea.* Nempe חוּט omne notat, *quod contortum et contextum est. Vitta* autem melius convenit labiis, quam filum. — פֶּלַח, *segmentum.* Cant. VI. 6. — פְּתִיל. Ezech. XL. 3. Adde Jud. XVI. 3. Vat. — קַו, *regula, amussis.* Job. XXXVIII. 5. — *קָנֶה, *calamus.* Ezech. XL. 3.
c ubi σπαρτίον notat *funiculum ædificatorum,* vel *perpendiculum,* a σπάρτη, quod secundum Hesychium etiam στάθμη τεκτονικὴ, sive *perpendiculum.* Sc. קָנֶה est *calamus mensorius,* et ad mensurandum etiam funes adhibebantur. Non igitur opus erit statuere, LXX h. l. קַו legisse. Cæterum h. l. apud LXX duæ versiones
d coaluerunt. — Vide alibi γεωμετρία.

ΣΠΑΣΜΟ'Σ, *tractio, extractio, eductio, districtio.* 2 Macc. V. 3. μαχαιρῶν σπασμοὺς, gladiorum *eductiones,* h. e. gladios *strictos.*

ΣΠΑΤΑΛΑ'Ω, *delicior, luxuriose, delicate vivo.* Sir. XXI. 17. ὁ σπαταλῶν, *luxuriose vivens.* Hesych. σπαταλῷ, τρυφᾷ. Lex. Cyrilli MS. Brem. σπαταλᾷ, λίαν τρυφᾷ, ἀσώτως ζῇ. Lex. vet. σπαταλῶ, *delicias ago.* Confer
e de hoc verbo Wolfium ad 1 Tim. V. 6. p. 469. ac Lexicon N. T. s. h. v.

ΣΠΑΤΑ'ΛΗ, *deliciæ, luxus.* תַּעֲנוּג, *oblectatio.* Symmach. Cohel. II. 8. Inc. Cant. VII. 6. σπατάλας. Sirac. XXVII. 13. γέλως αὐτῶν ἐν σπατάλῃ ἁμαρτίας. Latinus vertit: *risus illorum in delictis* (male. Rectius legitur: *in deliciis,*) peccati, h. e. *cum risu et gaudio narrant suas libidines, aliasque fœdas peccatorum delicias.* Tigurina: *scelerosam voluptatem.*

ΣΠΑ'ΤΑΛΟΣ, *delicatus.* רַךְ, *tener.* Symm. Deut. XXVIII. 54. Legitur quoque Sir. XXI. 15.

ΣΠΑ'Ω, *traho, stringo.* הָרַג, *occido.* Ezech. XXVI. 15. ἐν τῷ σπάσαι μάχαιραν ἐν μέσῳ σου. Libere verterunt. — *הִקְרִיב Hiph. *appropinquare facio, accelero.* Symm. Ez. XXII. 4. ubi Semlerus pro σπάσαι conjicit legendum φθάσαι. — מָרַט, *expolio.* Ezech. XXI. 28. ἐσπασμένη. Quia eadem voce in proxime antecedentibus quoque usi sunt, suspicor, LXX scripsisse potius ἐστιλβωμένη, coll. Ezech. XXI. 10. 11. Sed receptam lectionem habet Codex Syr. Hexaplaris.—נֶעֱצַב Niph. *dolore afficior.* Aqu. Cohel. X. 9. σπασθήσεται. — *עָדַן. 2 Sam. XXIII. 8. ἐσπάσατο. Boysenius ad h. l. confert Arab. عدن, *extrahere, evellere.* — עוֹרֵר Pih. a עוּר, *suscito.* 1 Par. XI. 11. 20. οὗτος ἐσπάσατο τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, hic *stringebat* gladium suum. — פָּתַח, *aperio.* Ps. XXXVI. 14. ῥομφαίαν ἐσπάσαντο, gladium *stringebant.* Conf. Marc. XIV. 47. et Lex. N. T. s. h. v. Hesych. ἐσπάσαντο, εἵλκυσαν. — שָׁלַף, *extraho.* Num. XXII. 23. Jud. IV. 13. ἐσπασμένη, *gladius strictus* s. *evaginatus.* Huc pertinet glossa Hesychii ἐσπασμένη, γεγυμνασμένη. Sed pu[to] emendari debere γεγυμνωμένη. Ce[rte] Herodianus dixit γυμνοῦν ξίφος. Vi[de] I. 8. 12. et VII. 4. 13. Aut nota[n]dus usus verbi γυμνάζειν, nuda[re] Jud. VIII. 20. XX. 2. et alibi. S[ap.] VII. 3. ἐγὼ δὲ γενόμενος ἔσπασα τ[ὸν] κοινὸν ἀέρα, ego autem natus tr[axi] communem aërem. Vulg. accep[i]

sensu eodem. — Vide alibi *μάχαιρα*.

ΣΠΕΙ͂ΡΑ, *spira, caterva, cohors, turma, numerus, ordo militaris*. Judith. XIV. 11. ἐξῆλθοσαν κατὰ σπείρας, *turmatim* egrediebantur. 2 Macc. VIII. 23. τῆς πρώτης σπείρας αὐτὸς προηγούμενος, primi *ordinis* ipse dux. Vide et 2 Maccab. XII. 22. 2 Macc. XII. 20. κατέστησεν αὐτοὺς
b ἐπὶ τῶν σπειρῶν, illos *cohortibus* præfecit. Suidas: σπεῖρα, τάξις στρατιωτική. Idem: Σπεῖραι, πλήθη στρατευμάτων, φάλαγγες, νούμερα, λεγεών. Hesych. Ἐκ σπείρης, ἐκ τάγματος, ἐκ νουμέρου. Ad quem locum Sopingius: Cic. Lib. V. in Verrem: *Ex quo numero? ex eadem cohorte*. Cf. Glossar. Græc. in N. T. Alberti editum p. 71. qui etiam p. 193. ex
c MS. Vossii hæc profert: σπεῖρα, ἀπὸ τοῦ συσπείρασθαι ἡμᾶς ἐν αὐτῇ. Plura vide de hac voce in Lex. N. T. s. h. v.

ΣΠΕΙΡΗΔΟ'Ν, *in modum spiræ*, vel *in orbem convolutim, cohortalim, per cohortes, catervatim, turmatim*. 2 Macc. V. 2. XII. 20. διατάξας τὴν αὐτοῦ στρατιὰν σπειρηδόν.

ΣΠΕΙ'ΡΩ, *semino, sero*, it. *spargo*,
d *dispergo*. הֵפִיץ Hiph. a פּוּץ, *dissipo, dispergo*. Gen. XI. 8. ἔσπειρεν αὐτοὺς κύριος ἐκεῖθεν, *dispersit* illos Dominus inde: ubi alii διέσπειρεν habent. Ies. XXVIII. 25. — זְרֵה. Numer. XVI. 37. τοῦτο σπεῖρον ἐκεῖ, hunc (sc. ignem) *sparge* hinc inde. Exod. XXXII. 19. — זָרַע. Zach. X. 9. σπερῶ αὐτοὺς ἐν λαοῖς, *dispergam* illos inter populos. Hagg. I.
e 6. Nah. I. 14. et alibi sæpius. — זֶרַע, *semen*. Numer. XX. 5. Prov. XI. 21. ubi legerunt זוֹרֵעַ. — חָרַשׁ, *aro*. Incert. Hos. X. 13. ἐσπείρατε. Bene quoad sensum, et sic in aliis quoque locis V. T. legitur. Præterea חָרַשׁ in universum notionem *cultus agrorum* habuisse videtur.

— מִזְרָע, *sementis*. Ies. XIX. 7. — נָדַח, *depello*. Jerem. XXX. 14. ὅτι ἐσπαρμένη ἐκλήθης, quod *dispersa* f
vocaris. — סָפִיחַ, *sponte natum*. Ies. XXXVII. 30. ἃ ἔσπαρκας. Forte legendum ἃ οὐκ ἔσπαρκας, aut τῷ סָפַח, quod in universum *effundere, largiter dare* notat, tribuerunt notionem *serendi*. — פִּזֵּר. Prov. XI. 24. ubi pro σπείροντες Aqu. Symm. Theod. σκορπίζοντες habent, ac utraque vox notat *largiri, liberalem esse*. In notione *procreandi* legitur. g
4 Macc. X. 2.

ΠΑ'ΛΙΝ ΣΠΕΙ'ΡΩ, *iterum semino*. זָרַק וְשׂוּם, *spargo et pono*. Ies. XXVIII. 25.

ΣΠΕ'ΝΔΩ, *libo, sacrifico, offero*, speciatim *liquida*. נָסַךְ, idem. Gen. XXXV. 14. Numer. XXVIII. 7. Jerem. VII. 17. Aqu. Ps. XV. 4. 2 Reg. XVI. 13. ubi pro ἔσπισεν, quod exhibet cod. Alex., reponendum est ἔσπεισεν, ut legitur in Complutensi editione. — נְסַךְ Chald. h
Pah. Dan. II. 46. μάννα καὶ εὐωδίας εἶπε σπεῖσαι αὐτῷ, libamen et suffitus mandabat ut *offerrent* illi. Hesych. σπεῖσαι, ἐκχύσαι, προσενέγκαι, θῦσαι θεῷ. Lex. Cyrilli MS. Brem. σπεῖσαι, ἐκχέαι, θῦσαι. — נֶסֶךְ, *libamen*. Num. IV. 7. — סָכַךְ, *tego*. Exod. XXV. 29. τοὺς κυάθους, ἐν οἷς σπείσεις ἐν αὐτοῖς, cyathos, quibus *libas*. Vide et Exod. XXXVII. 16. Utrobique legerunt נָסַךְ. Suidas: σπένδεται, δο- i
τικῇ, θύεται, ἢ θυμιᾷ, ἢ φιλιοῦται. Idem: σπένδομαι, δοτικῇ, θύομαι, ἢ θεῷ ἀνατίθεμαι. καὶ σπένδοντας, θύοντας, προσφέροντας. Hesych. ἔσπεισεν, προσήνεγκεν, ἔθυσεν. Confer Suiceri Thes. Eccles. T. II. p. 993.

ΣΠΕ'ΡΜΑ, *semen*, it. *proles, genus, progenies, posteri*. *אוּר, *ignis*. Ies. XXXI. 10. σπέρμα. Sic nempe interpretati sunt LXX formulam, *ignem et clibanum habere*, sed non

a satis bene. Sunt autem per σπέρμα h. l. Israëlitæ intellegendi, qui et in seq. οἶκοι appellantur. — אַחֲרִית, *postremum*. Numer. XXIII. 10. XXIV. 20. Scil. vox Hebr., ut e multis locis constat, significat *posteritatem* s. *posteros*. Confer Psalm. CIX. 13. Amos IV. 2. *Posteri* autem, quin et *filius* (confer Deuter. XXV. 5.), Hellenistis dicuntur
b σπέρμα. — בֵּן, *filius*. Deuter. XXV. 5. — דְּלִי, *situla*. Num. XXIV. 7. ubi σπέρμα *semen virile* notat, quam notionem quoque h. l. דְּלִי habet. — זָכָר, *masculus*. Incert. Numer. XXXI. 17. — זְמֹרָה, *palmes*. Ies. XVII. 10. — זוֹרֵעַ part. ben. Kal, *sator*. Jerem. L. 16. Legerunt זֶרַע. — זֵרוּעַ, *sativus*. Ies. LXI. 11. — זֶרַע, constr. זֶרַע. Num. XI.
c 7. — זֶרַע. Genes. III. 15. IV. 24. IX. 9. XII. 7. Hic et multis aliis locis σπέρμα pro *prole, progenie, sobole* vel *posteris* usurpatur. Eodem sensu non solum tragicos et poëtas, sed prosaicos quoque scriptores Græcos elegantissimos eandem vocem accepisse, multis ostendit Georgius Vindic. N. T. ab Ebraism. Lib. II. c. 1. §. 39. pag.
d 87. seq. — זְרַע Chald. Dan. II. 43. — זְרוֹעַ, *brachium*. 1 Sam. II. 33. ubi dubitari non potest, quin pro זְרֹעֲךָ et זְרֹעַ legendum putarint, quamvis repugnante rei linguæque natura, זַרְעֲךָ et זֶרַע. Eodem modo Ezech. XXXI. 17. pro זְרֹעוֹ, *brachium ejus*, legerunt cum Syro זַרְעוֹ, *semen ejus*. Idem valet de locis Ies. XVII. 5. XXXIII. 2.
e Dan. XI. 6. — זֵרֹעִים plur. *legumina*. Dan. I. 12. Forte legerunt זֵרְעִים, nisi vocabulo generis usi sunt pro vocabulo formæ. — זֵרְעֹנִים plur. idem. Dan. I. 16. ubi Schol. ὄσπρια. — מֶשֶׁךְ זֶרַע, *tractio seminis*. Ps. CXXV. 7. Substantivum h. l. positum est pro adjectivo: *semen spargendum*. Confer Amos IX. 13. — נִין, *filius*. Genes. XXI. 23. — נִין וָנֶכֶד, *filius et nepos*. Ies. XIV. 22. — נִיר per apocopen pro נִירָה fut. a יָרָה, *dejiciemus*. Num. XXI. 30. At hic legerunt נִיר, *novale*, ac per σπέρμα non *posteri*, sed *sativi agri, pulchra novalia* intellegenda sunt. — עָפָר, *pulvis*. Num. XXIII. 10. ubi per *pulverem Jacobi* intellegendi sunt *innumerabiles posteri Jacobi*. — פְּלֵיטָה, *evasio*. Ies. XV. 9. ubi σπέρμα *reliquias, paucos superstites* notat (Vide Lex. N. T. s. h. v. n. 5.), adeoque bene respondet Hebr. voci, quæ de *paucis, qui evaserunt*, explicanda est. Vide infra s. v. שָׂרִיד. — שֵׁם, *nomen*. 2 Reg. XIV. 27. שֵׁם quoque *posteros* notat, *per quos nomen parentis conservatur*. — שָׂרִיד, *superstes*. Deuter. III. 3. Ies. I. 9. — שֹׁרֶשׁ, *radix*. Ies. XIV. 29. 30. Tob. VIII. 8. τὸ ἀνθρώπων σπέρμα, hominum *progenies*. — Vide alibi οἰκεῖος.

ΣΠΕΡΜΑΙ'ΝΩ, *semino*. זָרַע. Aqu. Theod. Gen. I. 29. σπερμαίνουσαν.

ΣΠΕΡΜΑΤΙ'Α, *sementis*. דָּגָן, *frumentum*. Symm. Ps. LXIV. 10.

ΣΠΕΡΜΑΤΙ'ΖΩ, *semen efficio*, d. *seminifico, semen reddo* vel *emitt semen in folliculis concipio et fer* Σπερματίζομαι, *semen suscipio, conc pio*. גִּבְעֹל, *culmus, globulus* s. *nod in capite lini maturescentis*. Exo IX. 32. τὸ λίνον σπερματίζον, *lini semen ferens*. — זָרַע, *semino*. Aq Genes. I. 11. σπερματίζον. (Plini *sementare* dixit Lib. XVIII. c. *est omnino inutile nasci herbas mentaturas*. Vide Drusium

a Fragm. Vet. Int. Græc. p. 4.) Pro σπερματίζω reponendum esse videtur σπερματίζοντα, ut cod. Mosqu. habet, in quo hæc lectio Symmacho tribuitur. Idem valet quoque de v. 12. — הִזְרִיעַ Hiph. Levit. XII. 2. γυνὴ, ἥτις σπερματισθῇ, mulier, quæ semen suscepit, vel imprægnata fuit. Legerunt cum Samaritanis תִּזָּרַע.

ΣΠΕΥ'ΔΩ, *festino, propero, præ-* b *ceps sum,* it. *avide appeto, studiose quæro, procuro, accelero.* *אֵבֶה, *Ebeh.* Symm. Job. IX. 26. ὁμοίως ναυσὶ σπευδούσαις, quemadmodum naves festinantes. In textu Hebr. legitur: *cum navibus papyraceis* s. *arundineis.* Scil. naves ex papyro Nilotica textæ sunt admodum veloces. Vide Intt. ad Ies. XVIII. 2. — אָץ, *festinus.* Proverb. XIX. c 2. Al. Proverb. XXVIII. 20. — נִבְהַל ; בָּהַל, Pih. et Niph. Exod. XV. 15. τότε ἔσπευσαν. Schol. ἐθορυβήθησαν. Pro נבהלו aut legerunt בדהלו, aut illud pro hoc altero sumi censuerunt. Scil. fuga repentina est effectus terroris. 1 Sam. XXVIII. 21. ὅτι ἔσπευσε σφοδρῶς, quod valde esset *perturbatus.* Prov. XXVIII. 22. σπεύδει πλουτεῖν ἀνὴρ d βάσκανος, *avide expetit ac studet* ditescere vir invidus. Sic Ælianus V. H. XIII. c. 30. σὺ μὲν οὐρανοῦ μετασχεῖν βουλόμενος καὶ τοῦτο σπεύδων, tu vero quum in cœlum cooptari volueris, et hoc cupidissime *desideraveris.* Conf. et 2 Petr. III. 12. et quæ ad h. l. ex Polybio notat Raphelius. Vide quoque Stoeber. ad Thom. M. v. σπουδάζειν. Cohel. e V. 1. μὴ σπεῦδε ἐπὶ στόματί σου, ne sis *præceps* ore tuo. Aqu. Symmach. Ps. LXXXIX. 7. ubi Semlerus legere mavult ἐσπουδάσαμεν, qua tamen mutatione non opus esse videtur. — *דַּהֲרוֹת, *calcitratus.* Jud. V. 22. ἔσπευσαν. Interpretati sunt, ac si verbum esset, aut potius legerunt מְהִרוּ מִהֲרוּ. Sed et Judæi vocem Hebr. de *cursu celeri* interpretati sunt, ut observavit Bochartus Hie- f roz. P. I. Lib. II. c. 6. pag. 97. — דָּחַף, *impello.* 2 Paral. XXVI. 20. — דָּחַף et נָתַן, *impello et do,* junctim. Esth. III. 15. ἐσπεύδετο δὲ τὸ πρᾶγμα καὶ εἰς Σοῦσαν, res autem *celeriter* etiam veniebat Susam. — הִכִּיר Hiph. a נָכַר, *agnosco.* 1 Reg. XVIII. 7. — הָמָה, *tumultuor.* Jer. XXXI. 20. ἔσπευσα ἐπ' αὐτῷ, *conturbatus sum* super eo. Ita Sir. II. 2. μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς, ne *con-* g *turberis* in tempore calamitatis. Eodem sensu κατασπεύδω aliquando reperitur. Vide supra s. l. Confer et v. σπουδάζω. — הֵעִיז Hiph. a עוּז, *congrego,* secundum alios: *aufugio.* Jerem. IV. 6. — הֵרִיץ Hiph. a רוּץ, *currere facio.* Symm. Psalm. LXVII. 32. σπευσάτω. — הִתְאַמֵּץ Hithp. *fortifico me.* 2 Paral. X. 18. — חוּשׁ in Kal et Hiph. 1 Sam. h XX. 37. Psalm. LXIX. 1. Aquil. Symm. Theodot. Ies. XXVIII. 26. — חָפַז. 2 Sam. IV. 4. — מָהִיר, *festinus.* Ies. XVI. 5. ἐκζητῶν κρίμα, καὶ σπεύδων δικαιοσύνην, diligenter inquirens jus, et *accelerans* vel *studiose procurans* justitiam. Sic Herodot. Lib. I. c. 38. τόν τε γάμον τοι τοῦτον ἔσπευσα, has *maturavi* nuptias. Idem: παῦσαι σπεύδων, τὰ σπεύδεις, desine *accelerare,* quæ *accele-* *ras.* Idem: ξυνὸν πᾶσιν ἀγαθὸν σπεῦ- i σαι, omnibus commune bonum *studiose procurare.* Vide Raphelii Annotat. ex eodem ad 2 Petr. III. 12. pag. 660. Apud Hesychium σπεύδων exponitur σπουδάζων, ἐνεργῶν. — *מִהֵר Pihel. Genes. XVIII. 6. XIX. 22. XXIV. 18. 20. 46. et alibi sæpius. Adde 1 Reg. XXI. 33. ubi pro ἐσπείσαντο, quod exhibet cod. Vat. (cujus loco in aliis libris vitiose legitur ἐπείσαντο), ex editione

a Complutensi reponendum est ἔσπευσαν accommodate textui Hebraico. — *מִיכַל הַמָּיִם, *rivus aquarum*, ubi aquæ fluxus validus est ac vehemens. Inc. 2 Sam. XVII. 20. pro *transierunt rivum aquarum* habet: διεληλύθασι σπεύδοντες, ubi vel, neglectis verbis מִיכַל הַמָּיִם, legit עָבוֹר עָבְרוּ (Conf. LXX v. 16. et notata a me s. v. διαβαίνω σπεύδων.)
b vel מִיכַל derivavit a יָכֹל, *potuit, valuit*, ut מ sit præfixum, hoc sensu: *quantum potuit*, h. e. admodum festinanter ac celeriter. Posterius mihi magis placet ob LXX, qui habent μιχὸλ, quod vide supra. — *נָהַר, *confluo*. Mich. IV. 1. ubi legerunt, מַהֲרוּ, ut jam monuit editor Justini M. Parisiensis et Strothus Repert. Bibl. et Orient. Literat. P.
c II. p. 82. Nam נָהֲרוּ Jer. XXXI. 12. et in simili prorsus serie orationis Ies. II. 2. vertunt ἥξουσι, sed מָהַר plerisque locis interpretantur σπεύδειν seu, ταχύνειν. — *עָרַג. Symmach. Psalm. XLI. 2. σπεύδει, *festinat ad aquam, siti nempe impulsus*. Sensum expressit, nam עָרַג est *anhelare, extollere vocem, clamare præ cupiditate*. — *בְּצִים, *in navibus*.
d Ezech. XXX. 9. σπεύδοντες. Fortasse legerunt אָצִים (nam אוּץ est *urgere, festinare*) aut בָּצִים (a باض pro بوض, *festinavit*, ut judicavit Michaëlis Supplem. p. 2086.), aut sensum expresserunt. — קָרַב, *accedo, appropinquo*. Symm. Psalm. CXVIII. 150. ἔσπευσαν. — *רָדַף, *persequor*. Symmachus Hos. VI. 3. σπεῦσαι. Quasi loco נִרְדְּפָה legisset
e לִרְדֹּפָה, ex solo elegantiæ studio. — רָכַב, *equito*. 2 Reg. IX. 16. Sap. IV. 14. ἔσπευσεν. Vulg. *properavit educere illum*. Sir. II. 2. μὴ σπεύσῃς, ne sis *festinus ac præceps* in impatientiam ac desperationem: ubi σπεύδειν, ut Hebr. חָפַז (1 Sam. XXVIII. 21.), *perturbari, de statu mentis dejici* notat. Hesych. ἔσπευσεν, ἔκαμεν, ἐταλαιπώρησεν, ἐκακοπάθησεν. Sir. XXXVI. 7. σπεῦσον καιρὸν, *accelera* tempus. 2 Macc. IV. 14. sacerdotes ἔσπευδον μετέχειν, *avide quærebant* partes agere in ludis Græcis. — Vide alibi διαβαίνω.

ΣΠΗΛΑΙΟΝ, *spelunca*. גִּבְעוֹן, *Gibhon*, nomen proprium. Symm. 2 Sam. II. 24. In mente habuit rad. גָּבַע, cui alii notionem *tegendi* et *operiendi*, alii vero, præeunte Schultensio in Comment. ad Prov. XXII. 23., notionem *complicandi in rotundiorem formam* tribuunt. — מְעָרָה. Gen. XIX. 30. XXIII. 9. XLIX. 29. et alibi sæpius. — מַעֲרִים plur. *nuditates*. Hab. II. 15. Secundum Bielium aliosqu desiderarunt hic in suis codd. τὸ ר et cum Arabe legerunt מְעָרֵיהֶם quasi esset ab מְעָרָה, *caverna*. Se non opus est ad varietatem lectioni confugere. Potius σπήλαιον est *an trum virginis, pudenda muliebria*. — מְצָדָה, *arx*. Ies. XXXIII. 16. ὑψηλῷ σπηλαίῳ, ubi σπήλαιον not *omnem locum, in quo aliquis bene secure latere potest*. Theod. 1 Sa XXIII. 14. ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῖς ὀχυροῖς, ubi tamen σπηλαίοις de suo a didisse videtur. Vulgatus habe *in locis firmissimis*. Adde ibid. 19. — נָצוּר part. Pah. *custodit* Ies. LXV. 4. — *סְעִיף, *spelun* Theod. LXX sec. Ald. Alex. Oxon. Jud. XV. 8. ἐν τῷ σπηλα Vide ad h. l. Scharfenbergium. עָב, *nubes densa*. Jerem. IV. ubi verba εἰσέδυσαν εἰς τὰ σπήλ sunt alius interpretis, qui tan non legit בֶּחָרִים loco בִים

a quæ fuit Michaëlis sententia, sed עֲבִים ab Arab. غَايَ, *latuit*, derivavit. — עַיִט, *avis rapax*. Inc. et LXX Jerem. XII. 9. Ita bis transtulerunt ex usu l. Arab. غَايِط, *spelunca*, ab غَاط, *fodit*, etiam *intravit, latuit in aliqua re aut loco*. Cf. Dieu Crit. S. p. 245. — עֲרֵמָה, *acervus*. Jerem. L. 26. Legerunt literis transpositis בְּמְעָרִים, a
b מְעָרָה, *spelunca*. Incidit tamen suspicio, an σπήλαιον menda purgandum sit. Quid si reponas σπίδιον aut σπιδνόν? quod teste Hesychio est πυκνόν, συνεχὲς, πυκνηγές. — שָׂדֶה, *ager*. Gen. XLIX. 30. ubi Grabio pro הַשָּׂדֶה legisse videntur מְעָרָה. Ib. L. 13.

*ΣΠΗΛΟ'Ω. Vide infra s. σπιλόω.

ΣΠΙΘΑΜΗ', *spithama, spatium,*
c *quod est inter pollicem et minimum digitum expansos*, vel est: *mensura duodenum digitorum*, quam Latini *palmum majorem et dodrantalem* appellant, a σπίζεσθαι, *extendi*. גֹּמֶד, *cubitus*. Jud. III. 16. — זֶרֶת, *spithama*. Ies. XL. 12. τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ; quis mensus est manu aquam, et cœlum *spithama*? Ad quem locum
d Basilius in Tract. de Spiritu S. cap. 5. p. 249. et ex illo, observante Pearsono, Suidas: Σπιθαμή. τροπικῶς ἐπὶ τοῦ θεοῦ προφητικὸς λόγος ὠνόμασεν, ὅτι συνέχει τὴν κτίσιν, καὶ περιδεδραγμένος αὐτῆς, εἰς τάξιν ἅπαντα καὶ διακόσμησιν ἄγει, καὶ ὅρισιν ἰσοῤῥοπίαν καὶ μέτρα, πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ τὴν οἰκείαν τάξιν ἀποπληρώσας. ὁ τὸν οὐρανὸν ὅλον μικρῷ μέρει τῆς ὅλης αὐτοῦ δυνάμεως
e περιέχων, ἣν σπιθαμὴν τροπικῶς ὁ λόγος ὠνόμασε. — טֹפַח, *palmus, mensura quatuor digitorum*. Symm. Psalm. XXXVIII. 7. ὡς σπιθαμὰς ἔδωκας τὰς ἡμέρας μου, tanquam *spithamas* dedisti dies meos. In Catena PP. GG. T. I. p. 721. reperitur σπιθαμιαίας, *palmares*, sensu fere eodem. Sed Theodoretus et Athanasius receptam lectionem tuentur. Suidas: σπιθαμή, τοῦ βίου τὸ ἐλάχιστον. Quid proprie sit, discimus ex Hesychio: f
Σπιθαμή, τὸ μέτρον, τὸ ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου ἐπὶ τὸν μικρὸν διάστημα ἐκταθέν.

*ΣΠΙΘΑΜΙΑΙ῀ΟΣ, *palmaris, spithamæ s. dodrantis longitudinem æquans*. טִפַּח, *palmus*. Symm. Ps. XXXVIII. 7. Confer supra s. v. σπιθαμή.

ΣΠΙΛΟ'Ω, *maculo, contamino*, it. *illino, tingo*. *כָּתַם, *obsigno, claudo*. Sam. Lev. XV. 3. ἐσπίλωσεν ex cod. g
Coisl. nam in Lips. ἐσπήλωσεν legitur. Interpretem חָתַם et כָּתַם confudisse, facile apparet. K. Mihi secus videtur. Repone ἐσπηλαίωσεν. Sap. XV. 4. εἶδος σπιλωθὲν χρώμασι διηλλαγμένοις, effigies *tincta* variis coloribus. Similiter μολύνειν et μιαίνειν, quod pariter alias est Græcis *maculare*, pro βάπτειν, *tingere*, etiam usurpari solet. Vide supra in v. μολύνω. Vulg. habet *sculpta*. *Macu-* h
læ apud vett. vocantur tum notæ, quibus pictores solent imagines et picturas distinguere et illustrare, tum colorum variegationes. Unde Seneca Ep. 126. *delectant nos*, inquit, *ingentium maculæ columnarum*. Conf. Cuperi Obss. Lib. II. c. 12. Hinc emenda Gloss. Vett. Labbæi: *Babylonicum*, σπιολής, ubi legendum videtur σπιλοειλής.

ΣΠΙ'ΛΩΜΑ, *macula, labes*, it. i
tinctura. צֹאָה, *excrementum*. Al. Ies. XXVIII. 8. — כֶּתֶם, *aurum, præstantissimum*. Aqu. Ies. XIII. 12. Semlerus conjicit legendum στήλωμα, ut loco מִכְתָּם legerit מִכְתָּם, quod LXX alibi per στηλογραφίαν verterunt. Sed σπίλωμα potest h. l. *tincturam* s. *variegatum* notare, quemadmodum et nos voce *gefleckt, speckled, or spotted*, uti

a solemus, et σπλεῦσθαι, ut modo vidimus, aliquando *tingi* significat. Conf. Psalm. XLIV. 11. ubi Aqu. כֶּתֶם βάμμα interpretatur. Vide quoque J. D. Michaëlis Supplem. Lex. Hebr. n. 1241.

ΣΠΙΝΘΗ'Ρ, *scintilla, radius scintillans*. נַחֶלֶת, *pruna*. Inc. 2 Sam. XIV. 7. — נִיצוֹץ, *scintilla*. Aqu. Symmach. LXX Ies. I. 31. — נֹצֵץ
b part. *scintillans*. Ezech. I. 7. Vide et Sapient. III. 7. XI. 19. Sirac. XXVIII. 13. Lexic. Cyrilli MS. Brem. σπινθῆρες, λαμπηδόνες, ἀναβολαὶ πυρός.

ΣΠΙ'ΝΘΡΑΞ, idem. רֶשֶׁף, *pruna ardens, ardor, fulmen*. Edit. Sexta Cant. VIII. 6. σπίνθρακες.

ΣΠΛΑΓΧΝΙ'ΖΟΜΑΙ, *misericordia commoveor, misereor*. חָמַל, *clemens*
c *sum, parco*. Symm. Deut. XIII. 8. Inc. 1 Sam. XXIII. 21. ἐσπλαγχνίσθητε. In Hexaplis hæc vox æque ac ἐφείσασθε Aquilæ et Theodotioni tribuitur. Sed duæ hic coaluerunt versiones, et ἐσπλαγχνίσθητε sine dubio Symmacho reddendum erit. Conf. Lex. N. T. s. h. v.

ΣΠΛΑΓΧΝΙ'ΖΩ, *viscero, carnes animalium sacrificatorum distribuo,*
d *vel sacrifico, ad exta adduco*, aut secundum alios: *viscera animalium sacrificatorum comedo more gentilium*. 2 Macc. VI. 8. ubi Grotius: Σπλαγχνισμὸν *Aristophani, huic scriptori* σπλαγχνίζειν *est, ut Aristophanis explicat interpres,* σπλάγχνων μεταλαβεῖν. *Post sacrum pars extorum reddebatur iis, qui victimas obtulerant, de iis fiebant epulæ. Hoc est,*
e *quod* vocare ad exta, adducere ad exta *dixit Plautus*. Vide et Hillerum Hier. P. I. c. 57. p. 460. ubi Grotium ille exscripsit.

ΣΠΛΑΓΧΝΙΣΜΟ'Σ, *visceratio, carnium animalium sacrificatorum distributio, viscerum comestio,* vel *sacrificium, actus sacrificandi*. 2 Macc. VI. 7. 21. VII. 42. Confer Vorstium Philol. S. P. I. c. 2.

ΣΠΛΑ'ΓΧΝΟΝ et passim in plur. σπλάγχνα, *viscera*. בֶּטֶן, *venter*. Prov XXVI. 22. Incert. Hab. III. 16 — בֶּצַע, *quæstus*. Jerem. LI. 13 ubi loco בִּצְעֵךְ, *lucri tui*, legerun בְּמֵעַיִךְ, nam מֵעִים sunt σπλάγχνα — רַחֲמִים plur. ex רַחַם, *miserationes*. Prov. XII. 10. τὰ δὲ σπλάγχνα τῶν ἀσεβῶν ἀνελεήμονα, ipsæ *miserationes* impiorum sunt crudele — רַחַם sing. *miseratio*. Al. Ge XLIII. 30. σπλάγχνα. Conf. Sa X. 5. (ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις, h. e. *affectu, quo pater filium solet prosequi*. Potest quoque cum ἰσχυ conjungi hoc sensu: fortiter vincentem visceralem amorem et commiserationem erga filium.) Sira XXX. 7. et Vorstii Philol. Sacr. 2. p. 35. seq. Sir. XXXIII. 5. τροχὸς ἁμάξης σπλάγχνα μωροῦ, ro currus *viscera* stulti. Baruch. I 17. ubi σπλάγχνα de *toto corpore* adhibetur. Hesych. σπλάγχνα, ἤτ ἔγκατα, καὶ τὰ ἐντὸς τῶν ζώων. Eustathius ad Il. Α', p. 101. σπλάγχ interpretatur τὰ ἐντοσθίδια, σπλῆ καρδίαν, ἧπαρ.

ΣΠΛΑΓΧΝΟΦΑ'ΓΟΣ, *viscer comestor*, metaphorice: *homines v lenti, pauperum quasi voratores*. S XII. 6. ubi e Compl. legendu σπλαγχνοφάγους. Petrus Nann scribere mavult σπλαγχνοφαγιῶν.

*ΣΠΟΔΕΙ'Α, i. q. σποδία, ci Vox hæc omissa a Bielio legi apud Theodot. Jerem. XXXI. pro דֶּשֶׁן, quod idem significat.

ΣΠΟΔΙΑ', *cinis, pulvis*. ן idem. Lev. IV. 12. — עָפָר, *pu* Num. XIX. 17. Hebr. Job. X 8. Hesych. σποδιὰ, κόνις, σποδός.

ΣΠΟΔΟΕΙΔΗ'Σ 'ΡΑΝΤΟ'Σ, *cineris speciem aspersus*. ברד *grandinatum*. Gen. XXXI. 10.

a — טָלוּא, *maculosum.* Gen. XXX. 40.

ΣΠΟΔΟ'Σ, i. q. σποδιὰ, *cinis, pulvis.* אֲדָמָה, *terra.* Nehem. IX. 1. Ita reddiderunt ex aliis SS. locis, ubi sacci et cineris mentio fieri solet. — אֵפֶר. Gen. XVIII. 27. Job. XLII. 6. Ies. XLIV. 20. et alibi. Aqu. Symm. et Compl. Job. II. 8. De usu medico cineris vide Dios-
b corid. Lib. V. c. 135. — דֶּשֶׁן. Lev. I. 16. Jer. XXXI. 40. Sap. XV. 10. σποδὸς ἡ καρδία αὐτοῦ, cogitationem et curam defigit in luto et pulvere. Sermo est de idoloplasta. Hesych. σποδὸς, κόνις, τέφρα, ἀφόδευμα.

ΣΠΟΔΟ'ΟΜΑΙ, *cinerem mihi aspergo.* Σποδόω, *in cinerem redigo.* Judith. IV. 9. Esther. IV. 2. in
c Usserii ed. vet. alt. σποδωθεὶς ἐξῆλθε. Hippocr. de Morb. Mul. pag. 667. 10.

ΣΠΟΝΔΕΙ'ΟΝ, *spondeum* (Vide Pricæum ad Apuleium pag. 689.), *vas, quo vinum libant in sacrificiis et conviviis,* q. d. *libatorium.* מַחְתָּה, *thuribulum.* Al. Jer. LII. 19. ubi Chrysostomus in Cat. Ghislerii p. 929. σπονδεῖα λέγει φιάλας χρυσᾶς, δι'
d ὧν τὸν οἶνον ἔσπενδον, καὶ τὸ θυμίαμα ἐπέβαλλον τῷ πυρί. — קְשָׂוָה, *scutella.* Exod. XXV. 29. Num. IV. 7. — קְשָׂוֹת plur. *urnæ, pateræ.* Exod. XXXVII. 16. 1 Par. XXVIII. 17. Vide et 3 Esdr. II. 13. ubi σπονδεῖα respondet Hebr. אֲגַרְטְלִים, *pelvis, patera.* Esdr. I. 9. quod LXX ψυκτῆρες verterunt. Adde locum, in Trommii Concord. Gr. omissum,
e 1 Macc. I. 22. Hesychius et Lex. Cyrilli MS. Brem. σπονδεῖα, ἀγγεῖα, δι' ὧν σπένδουσι. Gloss. MS. in Lib. I. Paral. σπονδία (legendum videtur σπονδεῖα), ποτήριον.

ΣΠΟΝΔΗ', *libatio, libamen.* *מִנְחָה *oblatio.* Dan. IX. 27. sec. cod. Chis. —*נִיחוֹחִין Chald. *fragrantiæ, odores grati.* Dan. II. 46. sec. cod. Chis. Confer quoque 3 Esdr. VI. 31. coll. Esdr. VI. 10. — נָסִיךְ, f
effusio, libatio. Deut. XXXII. 38. ἐπίνετε τὸν οἶνον τῶν σπονδῶν αὐτῶν, bibistis vinum libaminum illorum. Gloss. in Cant. Script. σπονδῶν, θυσιῶν. — נֶסֶךְ : נֵסֶךְ, *libamen, quod effunditur* et *libatur.* Jer. XXXII. 29. ἔσπενδον σπονδὰς θεοῖς ἑτέροις, effundebant *libamina* diis alienis. Vide et Jerem. VII. 17. XIX. 13. Aqu. Ps. XV. 4. Hesych. σπονδὴ, ὁ ἐπι- g
χεόμενος ταῖς θυσίαις οἶνος. Sed de libamine olei etiam reperitur Gen. XXXV. 14. Joël. II. 14. καὶ θυσίαν καὶ σπονδὴν, et victimam et *libationem.* — *נִסְכִּין Chald. plur. *libamina.* Esdr. VII. 16. Gloss. MSS. in Proph. σπονδὴν, τὴν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ἐπίχυσιν τοῦ οἴνου. Suidas: σπονδὴ, οἴνου ἔκχυσις ἐπὶ τιμῇ δαιμόνων.

*ΣΠΟΝΔΙ'ΟΝ i. q. σπονδεῖον, *po-* h
culum, quo vinum libant in sacrificiis et *conviviis.* מִזְרָקוֹת, *pelves.* Aqu. Theod. Jer. LII. 18. Vide quoque s. v. σπονδεῖον.

ΣΠΟ'ΝΔΥΛΟΣ, *vertebra.* מַפְרֶקֶת, *os colli.* Symm. 1 Sam. IV. 18.

ΣΠΟΡΑ', *satio,* item *semen.* זֶרַע, *sero.* 2 Reg. XIX. 29. καὶ ἔτει τῷ τρίτῳ σπορὰ καὶ ἀμητός: ubi alii σπέρμα habent. 1 Macc. X. 29. ubi Demetrius in epistola ad Jonatha- i
nem ita: ἀντὶ τοῦ τρίτου τῆς σπορᾶς ἀφίημι, tertias *frugum partes* vobis remitto: quod Josephus A. J. XIII. 2. ita exprimit: ἀντὶ τῶν τρίτων τοῦ καρποῦ: unde luculenter apparet, σπορὰν, ut τὰ σπειρόμενα, notare *fruges* et *omnia omnino, quæ seruntur,* ac opponi τοῖς γινομένοις s. φυτευομένοις. Vide Krebs. ad Decreta Roman. p. 262. seq.

ΣΠΟ'ΡΙΜΟΣ, *sativus.* זוֹרֵעַ part. ben. *serens.* Genes. I. 29. ubi pro σπορίμου fortasse reponendum σπό-

a ριμον, ut legitur apud Theodoret. Quæst. in Gen. T. I. p. 50. Hal. — זֵרוּעַ. Lev. XI. 37. — זֶרַע, *semen*. Al. Ezech. XVII. 5. σπόριμον. — עֵשֶׂב, *herba, gramen*. Symm. Gen. I. 30. σπόριμον. (Sed verba τὸν πάντα χόρτον σπόριμον, ὅ ἐστιν ἐπάνω πάσης τῆς γῆς, ex vers. Alex. 29. huc delata esse, nemo non videt. K.)

ΣΠΟ'ΡΟΣ, *semen*. בָּצִיר, *vinde-*
b *mia*. Ies. XXXII. 10. — זָרַע, verbum, *sero*. Ies. XXVIII. 24. — זֶרַע. Lev. XXVI. 5. XXVII. 16. Deut. XI. 10. et alibi. — חָרִישׁ, *aratio*. Exod. XXXIV. 21. — יְבוּל, *proventus*. Lev. XXVI. 20. — מֹשֵׁךְ זֶרַע, *protrahens semen*. Amos IX. 13. — *עֵשֶׂב, *herba*. Aqu. sec. cod. Barb. Mich. V. 6. Sir. XL. 24.

ΣΠΟΥΔΑ'ΖΩ, *studeo, diligenter*
c *ago, festino*, it. *urgeo, facio festinare*, it. *perturbo et perturbor*. נִבְהַל: בָּהַל: הִבְהִיל, Pih. Niph. et Hiph. Job. IV. 5. σὺ δὲ ἐσπούδασας, tu autem *perterrefactus, perturbatus es*. Vide et Job. XXI. 6. ubi notat *sollicitum esse*. Job. XXII. 10. ἐσπούδασέ σε πόλεμος ἐξαίσιος, *perturbavit* te bellum inopinatum. Job. XXIII. 16. ὁ δὲ παντοκράτωρ ἐσπούδασέ με, omnipotens
d autem *conturbavit me*. Schol. ad h. l.: *Illud* ἐσπούδασέ με *dictum est pro* ἐθορύβησε, *turbavit me*. Vide Drusium, et conf. σπουδή. Cohel. VIII. 3. μὴ σπουδάσῃς, ne *perturberis*. Vide et Ies. XXI. 3. Symm. Prov. XX. 21. Confer s. ἐπισπουδάζω. — הֵאִיץ Hiph. ab אוּץ, *urgeo*. Gen. XIX. 15. ἐσπούδαζον οἱ ἄγγελοι τὸν Λὼτ, an-
e geli *festinare faciebant* Lotum. Inc. Exod. VI. 13. — הִשְׁלִים Hiph. *perficio*. Job. XXIII. 14. ἐπ᾽ αὐτῷ ἐσπούδακα, super ipsum *trepidavi*. Schol. ad h. l. ἐσπούδακα interpretatur: ἐθροήθην καὶ ἐταράχθην. Eodem sensu σπεύδειν aliquando usurpatur. Vide supra s. l. Sic et σπουδή interdum *perturbationem* notat. Vide paulo post. — חוּשׁ, *festino*. Job. XXXI. 5. ἐσπούδασεν ὁ πούς μου εἰς δόλον, *festinabat* pes meus ad dolum. Nonnulli h. l. scribendum judicarunt ἔσπευσεν, sed nulla necessitate cogente. Σπουδάζειν enim non solum in l. hellenistica, sed etiam apud optimos scriptores Græcos (v. c. Xenophontem Anab. II. 3. 8.) synonymum est τοῦ σπεύδειν. Judith. XIII. 14. ἐσπούδασαν τοῦ καταβῆναι εἰς τὴν πύλην, festinabant, ut descenderent ad portam.

ΣΠΟΥΔΑΓ̓ΟΣ, *diligens, studiosus*. עָב, *trabs*, it. *densus*. Ezech. XLI. 25. σπουδαῖα ξύλα. Sed legerim hic σπιδῆ vel σπιδνά. Hesych. σπιδνὸν, πυκνὸν, συνεχὲς, πιπηγός. Idem: σπιδὲς, μέγα, πλατὺ, εὐρύ. Idem: σπιδὸν, μᾶλλον, πλατὺ, σκοτεινὸν, πυκνὸν, μέγα. In textu Hebr. est עֵץ עָב, *densum lignum*, h. e. *spissum, crassum*. Hoc est σπιδνόν. Nisi LXX fecerunt σπιδαῖον a σπιδής.

ΣΠΟΥΔΑΙΟ'ΤΗΣ, *diligentia*. 3 Macc. I. 9. καὶ τῇ σπουδαιότητι καὶ εὐπρεπείᾳ καταπλαγεὶς, et *diligentia* et elegantia obstupefactus.

ΣΠΟΥΔΑΙ'ΩΣ, *studiose, diligenter*. Sap. II. 6.

ΣΠΟΥΔΗ', *festinatio, studium*, it *perturbatio, trepidatio*. בְּהִלוּ, Chald. *festinatio*. Esdr. IV. 23. ἐπορεύθησαν σπουδῇ εἰς Ἱερουσαλὴμ, ibant *festinanter* Hierosolymam. Eodem sensu σπουδῇ usurpatur Herodoto. Vide Raphelii Annotatt. ex eodem ad Luc. I. 39. p. 216. — בֶּהָלָה, *conturbatio*. Lev. XXVI. 16. sec. ed. Compl. ubi lectio σπουδῇ (quæ e Hexaplis inserta est) descriptoris vitio in σπουδὴν mutata fuit. Conf. Hornemann Spec. I. Exercitat. Critt. in LXX p. 16. Jerem. XV. 8. ἀπέῤῥιψα ἐπ᾽ αὐτὴν ἐξαίφνης τρόμον καὶ σπουδὴν, injeci super eam repente tremorem et *conturbationem*. Vide et Ps. LXXVII. 37. et confer σπου-

a δάζω. — בְּעָתָה, *terror*. Jer. VIII. 15. — *דַּהֲרוֹת, *calcitratus*. Jud. V. 22. Vide supra s. v. σπεύδω. — *הִתְחַבֵּא, *occultare se*. Dan. X. 7. sec. cod. Chis. ἐν σπουδῇ. Theod. ἐν φόβῳ. Uterque sensum expressit. — הָמִים plur. *streperi*. Ezech. VII. 11. — הִתְבְּהָלָה Chald. *celeritas*. Dan. II. 25. III. 25. VI. 19. ἐν σπουδῇ, *festinanter, cum festi-*
b *natione*. — חִפָּזוֹן. Exod. XII. 11. ἔδεσθε αὐτὸ μετὰ σπουδῆς, edetis illud cum festinatione. Vide et Deut. XVI. 3. et conf. Sap. XIX. 2. Susann. v. 50. et Luc. I. 39. ac Wolfium ad h. l. p. 564. — מַהֵר infin. Pih. *festinare*. Exod. XII. 33. — נִבְהָלָה part. fœm. Niph. *accelerata*. Zeph. I. 19. — נָחוּץ, *acceleratum*. 1 Sam. XXI. 8. κατὰ σπουδὴν
c sec. cod. Vat. *festinandum*. Vulg. *urgebat*. — נֶחֱרָצָה part. fœm. Niph. *præcisa, decisa*. Al. Dan. IX. 27. σπουδῇ. — רֶגַע, *momentum*. Thren. IV. 6. ubi pro σπουδὴ reponendum est σπουδῇ. Prolog. Sirac. adhibere σπουδὴν καὶ φιλοπονίαν in libro vertendo, ubi *dilegentiam, studium, sedulitatem* notat. Polyb. I. 46. 2. σπουδὴν ποιεῖσθαι περί τι, *operam dare*.
d Dionys. Halic. T. V. pag. 149. ed. Reisk. σπουδὴν ἔχειν, *curam adhibere*. coll. 2 Cor. VIII. 16. 2 Petr. I. 5. Sir. XXI. 6. κατὰ σπουδὴν, *festinanter*.

ΣΤΑΓΕΤΟ'Σ, *stilla, gutta*, item *stillicidium*. דֶּלֶף, idem. Aqu. Prov. XIX. 13.

ΣΤΑΓΩ'Ν, *stilla, gutta*, item *stillicidium*. דֶּלֶף, idem. Prov. XXVII.
e 15. Symmach. Prov. XIX. 13. — מַטִּיף particip. Hiph. *stillans*. Sic Prophetæ vocabantur. Mich. II. 11. ἐκ τῆς σταγόνος. Legerunt מִטִּיף, et מִטִּף acceperunt pro טִפָּה, quæ vox *guttam* significat Chaldaice et Rabbinice. — מַר, *stilla*. Ies. XL. 15. — נֶטֶף, *gutta*. Job. XXXVI. 27. — רְבִיבִים plur. *imbres*. Ps. LXIV. 11. LXXI. 6. In posteriori loco Vulgatus bene per *stillici-* f
dia transtulit. Suidas: σταγόνες, ῥανίδες ὕδατος. Hesych. σταγόνες, ῥανίδες, θυγατέρες.

*ΣΤΑ'ΔΙΟΝ, τὸ, *stadium, curriculum* (Ita Gloss. Philoxen.), *spatium pedum sexcentorum* s. *passuum* 125. Dan. XIII. 37. sec. cod. Chis. κυκλοῦντες τὸ στάδιον. Photius: στάδιον, ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος, καὶ μέρος τι τοῦ λεγομένου μιλίου κ. τ. λ. Vide quoque g
Zonaram col. 1675. seq.

ΣΤΑ'ΔΙΟΣ, idem. Dan. IV. 9. sec. cod. Chis. ubi nihil in textu respondet. Vide ad h. l. Segaarium. 2 Maccab. XI. 5. XII. 9. 10, 29. Confer Luc. XXIV. 19.

ΣΤΑ'ΖΩ, *stillo*, neutraliter et transitive, *fluo*. דָּלַף, *stillo, perstillo*. Ed. Quinta et Sexta Ps. CXVIII. 28. ἔσταξεν. Ita quoque in LXX h
legitur et apud Ambrosium, Arnobium ac Origenem. Fortasse quis putet, omnes hos Interpretes scripsisse ἐστίναξεν. Vide ad h. l. Chald. Job. XVI. 20. Cohel. X. 18. — זַרְזִיף, *irroratio*. Ps. LXXI. 6. Arab. ذرف *manavit*. Syr. ܙܪܝܦܐ, *pluvia, imber vehemens*. — *מָצָה, *comprimo*. Jud. VI. 38. sec. Vat. Vide s. v. ἀποστάζω. — נָטַף. Jud. i
V. 4. Ps. LXVII. 9. — נִתַּךְ, *effundor*. Exod. IX. 34. 2 Par. XII. 7. Jerem. XLII. 18. et alibi. Aqu. Symm. sec. Chis. Dan. IX. 27. Symm. Theod. Nah. I. 6. Hesych. στάζει, ῥεῖ. 2 Macc. VIII. 27. στάξαντος. Lege στάξαντι, *quasi primum rorem demittenti*.

ΣΤΑΘΜΑ'ΟΜΑΙ, *ad amussim exigo, pondero, libro*, a στάθμη, *amussis*,

a *regula*. תִּכֵּן Pih. idem. Aqu. Job. XXVIII. 26. ἐσταθμήσατο, ubi alii habent ἐσταθμίσατο.

ΣΤΑΘΜΙ'ΖΩ, idem. שָׁקַל. Genes. XXIII. 16. juxta edit. Basil. ἐστάθμισεν Ἀβραὰμ τῷ Ἐφρὼν ἀργύριον, *ponderabat* seu *appendebat* Abrahamus Ephrono argentum. Phavor. ἐστάθμισεν, ἐμέτρησεν. Aqu. Job. XXXI. 6. σταθμίζει. Aqu. et Symm. Zach. XI.
b 12. Symm. Job. VI. 2. ἐσταθμίζετο. — תִּכֵּן Pih. Aqu. Proverb. XXIV. 12. Job. XXVIII. 25. et Psalm. LXXIV. 4.

ΣΤΑ'ΘΜΙΟΝ, *pondus*. אֶבֶן, *lapis*, it. *pondus*. Deuter. XXV. 13. 15. Proverb. XI. 1. XVI. 12. et alibi. Inç. Levit. XIX. 36. Symm. Prov. XVII. 8. ubi אֶבֶן *gemmam* notat, unde apparet, quam inepta sit h. l.
c hæc versio, quanquam ab usu loquendi non abhorrens. — מִשְׁקָל. Levit. XIX. 35. Ezech. V. 1. Amos VIII. 5. — מִשְׁקֹלֶת, *perpendiculum*. 2 Reg. XXI. 13. Aqu. et Theod. Ies. XXVIII. 17. — שֶׁקֶל, *siclus*. Ezech. XLV. 12. Suidas: στάθμια καὶ σταθμὰ διχῶς λέγεται. εἰσὶ δὲ τὰ ἐμβαλλόμενα ταῖς πλάστιγξι τοῦ ζυγοῦ.

ΣΤΑΘΜΟ'Σ, i. q. στάθμιον (cum
d quo etiam confunditur in Codd. v. c. Sirac. XLII. 4.), *pondus*, it. *statio itineris*, *mansio*, it. *statera*, *bilanx*, it. *postis*, *limen*. אֶבֶן, *lapis*, it. *pondus*, quia lapides ponderum instar erant apud veteres. Aqu. Proverb. XVI. 11. — לִשְׁכָּה, *cubiculum*. Tres Interpretes Jerem. XXXV. 4. — מְזוּזָה, *postis*. Exod. XII. 7. ἐπὶ τῶν δύο σταθμῶν, in duobus *postibus*.
e Gloss. in Octat. σταθμῶν, παραστάδων θυρῶν. Suidas et Lex. Cyrilli MS. Brem. σταθμῶν, τῶν παραστάδων τῆς θύρας. Pollux Lib. I. c. 8. segm. 76. σταθμοὶ δὲ, τὰ ἑκατέρωθεν ξύλα, κατὰ πλευρὰν τῶν θυρῶν, ἃ καὶ παραστάδας φασίν. Adde Exod. XII. 22. 23. XXI. 6. Jud. XVI. 3. Aqu. Deut. XI. 20. — מָלוֹן, *diversorium*. Jerem. IX. 2. τίς δῴη μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ σταθμὸν ἔσχατον; quis det mihi in deserto *mansionem* (Quod Romanis *mansio*, id Græcis σταθμὸς, cui plerumque quinque parasangas assignant, i. e. viginti passuum millia. Vide Lexic. Xenophonteum s. h. v.) ultimam? Unde apud Hesychium pro Σταθμὸν, ἔσχατον, sine distinctione legendum est: Σταθμὸν ἔσχατον. Explicatio autem, quæ hic, u alias etiam interdum apud Hesychium, deest, peti potest ex voce σταθμῶν, quæ paulo post sequitur. En verba: Σταθμῶν, τῶν τῆς θύρας παραστατῶν (scrib. παραστάδων e loci modo ante adductis), ἢ μανδρῶν, τόπων, ἔνθα ἀναπαύεταί τις. Suidas Σταθμὸς, τὸ πανδοχεῖον. Idem: σταθμὸς στρατιωτικὴ κατάλυσις. Rursus idem σταθμὸς, καὶ αἱ καταλύσεις, καὶ τὰ καταγώγια τῶν ἀγγελιαφόρων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν. — מַסַּע, *profectio*. Num XXXIII. 1. οὗτοι οἱ σταθμοὶ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, hæ sunt *stationes* filioru Israël. Vide et v. 2. et confer Æ lianum V. H. I. 32. II. 14. IX. 3 — מִפְתָּן, *limen*. Al. 1 Sam. V. — מִשְׁקָל, *pondus*. Genes. XLII 21. Levit. XXVI. 26. Jud. VII 26. et alibi sæpius. — מִשְׁקוֹל, iden Ezech. IV. 10. — מִשְׁקֶלֶת, *perpen diculum*. Ies. XXVIII. 17. — ה *limen*. 2 Reg. XII. 9. XXII. 4.
f Jerem. XXXV. 3. — פֶּלֶס, *stater* Ies. XL. 12. — שֶׁקֶל, *siclus*. Lev XXVII. 3. 25. Sirac. XVI. 26. ἐ φανῶ ἐν σταθμῷ παιδείαν, patefacia disciplinam *summa cum diligenti* quasi ad æquum rationis pond appensam, et matura consideratio libratam et perpensam, h. e. nil dicam, nisi prius justo judicii ex mine et libramine discussum ponderatum, adeoque nihil falsu imprudens, inutile aut temerariu

a Pro ἐν σταθμῷ in sequentibus legitur ἐν ἀκριβείᾳ. Sirac. XXVI. 16. sec. Compl. et Vulg. οὐκ ἐστὶ σταθμὸς πᾶς ἄξιος ἐγκρατοῦς ψυχῆς, nihil est *æquiparandum* homini reprimenti suas cupiditates. Quod hic σταθμὸς dicitur, v. 15. appellabatur ἀντάλλαγμα.

ΤΑ' 'ΕΜΠΡΟ'ΣΘΙΑ ΤΩ͂Ν ΣΤΑΘΜΩ͂Ν, *anteriora liminum*. מִפְתָּן,
b *limen*. 1 Sam. V. 4.

ΣΤΑΘΜΟΥ͂ΧΟΣ, 'Η, *hospita*. גָּרַת בַּיִת, part. fœm. constr. *habitatrix domus*. Symm. Exod. III. 22. ubi LXX habent: συσκήνου αὐτοῦ. Voce etiam in masculino pro *hospite* utuntur Æschylus et Antiphanes apud Pollucem Lib. X. c. 3. segm. 20. 21. Unde Hesychius: σταθμοῦχος, ὁ τῆς οἰκίας κύριος καὶ ξενοδόχος.

c ΣΤΑΙ͂Σ, et σταὶς, *massa ex farina triticea aqua subacta*, a στάω, *consisto*; est enim massa ad consistendum coacta. בָּצֵק, *massa, farina subacta, fermento intumescens*, a בָּצַק, *tumere*. Exod. XII. 34. 39. 2 Sam. XIII. 8. Jerem. VII. 17. Hos. VII. 4. Hesych. σταῖς, φύραμα ἀλεύρου πυροῦ. In Gloss. in Octat. et apud Suidam exponitur ζύμη.

d ΣΤΑΚΤΗ', scil. ῥανὶς, *stacte, liquor stillatitius*, speciatim *liquor oleaceus ex myrrha vel cinnamomo inciso stillans*, a στακτὸς, *stillatus, stillatitius, liquidus*. אֲהָלוֹת plur. *santali* vel *aloë*. Psalm. XLIV. 10. — אַרְגָּמָן, *purpura*. Ezech. XXVII. 16. Ita Bielius. Sed ordinis verborum ratione habita στακτὴ ibi potius pertinet ad נֹפֶךְ, et אַרְגָּמָן prorsus
e omissum est a LXX Intt. — לוֹט, *ladanum, stacte*. Gen. XXXVII. 24. XLIII. 11. — מוֹר, *myrrha*. Cant. I. 12. — נָטָף, *gutta*. Exod. XXX. 34. — *נֹפֶךְ. Ezech. XXVII. 16. Legisse videntur נָטָף — נֶשֶׁק, *armatura*. 1 Reg. X. 25. 2 Par. IX. 24. Arab. نشق est *odorari attrahendo per nares odorem*. Vide et Sirac. XXIV. 18. Hesych. στακτὴν, τὸ ἀπὸ σμύρνης γινόμενον. Basilium in Psalm. l. c. ἡ δὲ στακτὴ καὶ αὐτὴ f
σμύρνης ἐστὶν εἶδος τὸ λεπτότατον. 'Εκθλιβέντος γὰρ τοῦ ἀρώματος, ὅσον μὲν αὐτοῦ ῥυτὸν, εἰς τὴν στακτὴν ἀπομερίζεται. Τὸ δὲ παχὺ ἀπομένον σμύρνα προσαγορεύεται. Confer Lampium ad eund. Psalm. pag. 302. seq. De pretio hujus aromatis confer Hesychium in ἰσοστάσιον μύρον. Sic enim bene Salmasius ad Vopisc. p. 391. et Exerc. Plin. p. 709. pro 'Ισόστασις, μύρον. Adde Suidam in v. στακτὴ, g
Theophrastum de Plantis V. 4. 2. Dioscorid. IV. 154. et Suicerum Thes. T. I. p. 1463.

*ΣΤΑΛΑΓΜΟ'Σ, *destillatio, gutta, stilla*. 4 Macc. IX. 20. Hesych. σταλαγμὸς, σταγὼν, ῥανίς. Vide quoque Photii Lexicon s. h. v. ac Intt. Hesychii. Philoxen. Gloss. σταλαγμὸς, *stilla, stillicidium*.

ΣΤΑΛΑ'ΖΩ, i. q. στάζω, *stillo*. הִטִּיף Hiph. a נָטַף, idem. Mich. II. h
11. Aqu. Mich. II. 6. μὴ σταλάζετε σταλάζοντες, ne stilletis stillantes. In priore loco ἐστάλαξε apud LXX est pro ἐστάλαξα, uti passim mutant illi personas, aut אַטִּיף acceperunt, quasi forma Chaldaica esset pro הַטִּיף. Jud. V. 4. in cod. Holm. ἐστάλαξαν pro ἔσταξαν ponitur.

ΣΤΑ'ΜΝΟΣ, *urna*. בַּקְבּוּק, *lagena*. 1 Reg. XIV. 3. — צִנְצֶנֶת. Exod. XVI. 33. Hesych. στάμνος, ὑδρία, i
κάλπη, κάλαθος. Confer Hebr. IX. 4. et ad h. l. Wolfium p. 696. Bel et Dr. 32. sec. cod. Chis.

ΣΤΑΣΙΑ'ΖΩ, *seditionem concito, turbam moveo*. הָלַל, *insanio*. Symm. Ps. LXXIV. 5. στασιάζειν. Sensum expressit. — סִכְסֵךְ Pih. *armo, strenuum reddo*. Aqu. Ies. XIX. 2.

a στασιάσω Αἰγυπτίους Αἰγυπτίοις, *factionibus contendere faciam* Ægyptios cum Ægyptiis. Judith. VII. 13. Hesych. στασιάζει, θόρυβον κινεῖ, ἀτακτεῖ.

*ΣΤΑ'ΣΙΜΟΣ, *stabilis, firmus, constans*. Sirac. XXVI. 17. ἐπὶ ἡλικίᾳ στασίμῃ, super ætatem *vigentem et firmam*, quam Aristoteles dicit esse τῶν ἀκμαζόντων, *vigentium*. Vulg. *su-* b *per ætatem stabilem*. Hesych. στάσιμον ἦθος, τὸ βέβαιον καὶ στερεόν. Syrus: *sic pulcritudo mulieris bonæ, dum sedet domi suæ*. Respexit sine dubio notionem στάσιμος *quietus, tranquillus*, a Stephano T. I. p. 1735. uberius comprobatam. Philoxen. Gloss. στάσιμος, *stativus*.

ΣΤΙΒΑΡΟ'Σ, *densus, spissus, crassus*, it. *gravis, firmus, robustus, validus*. כָּבֵד, *gravis*. Ezech. III. 6. στιβαροὺς τῇ γλώσσῃ, *graves* linguâ. Hesych. στιβαρόν, εὔρωστον, βαρύ, εὔτονον, στερεόν, ἰσχυρόν.

ΣΤΙΒΑΡΩ͂Σ, *dense, spisse, graviter, firmiter*. עַבְטִיט, *densum lutum*. Hab. II. 6. ubi στιβαρῶς de f
iis dicitur, quibus in luto eundum est, ita ut vix pedes extrahere possint. Arabs legisse videtur ὡς βαρέως, quasi in gravitate. Vide quoque supra s. βαρύνω.

ΣΤΙΒΑ'Σ, *stibas, culcita, stratum*. טוּר, *ordo, series*, etiam *septum, paries*. Aqu. Ez. XLVI. 23. (Equidem conjicio legendum στιχάδες. Vide infra s. v. στίχος.) Conf. Æli- g
anum V. H. IX. 24.

ΣΤΙ'ΒΗ, *ros matutinus, frigore concretus et condensatus*, secundum alios vero: *stibium, fucus, quo oculos nigros reddere solent*, quod tamen rectius στίβι scribi videtur. פּוּךְ, *fucus, stibium*. Jer. IV. 30. ἐὰν ἐγχρίσῃς στίβῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου, si unxeris stibio oculos tuos. He- h
sych. στίβη, ἀράχνη (legendum videtur ἡ τάχνη ex Suida), καὶ χρῶμα μεταλλικὸν μέλαν. Cod. Alex. Jer. l. c. pro στίβῃ habet στίμῃ. Rom. στίβι. Chrysostomus autem legit στίβει. Sic enim in Catena Ghislerii in Jerem. p. 427. τὸ δὲ, ἐὰν χρίσῃς στίβει, τὸ μέλαν λέγει, ᾧ ἐπιχρωννύουσι τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰώθασιν αἱ γυναῖκες. Alexandrinos ει pro η scripsisse do- i
cuit Sturzius de Lingua Maced. et Alex. p. 119. Clemens Alex. Pæd. Lib. III. c. 2. p. 220. στίμμι exhibet. Dioscorides Lib. V. cap. 99. τοῦτο οἱ μὲν στίβι, οἱ δὲ πλατυόφθαλμον, οἱ δὲ στίμμι ἐκάλεσαν. Hinc vox στιμμίζομαι, de qua vide infra. Ionice στίμμιν apud Pollucem Lib. V. segm. 101. In Lex. Cyrilli MS. Brem. dicitur στίμις, et exponitur: k
τὸ μέλαν χρῶμα, ὃ βάλλουσιν αἱ γυναῖκες ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, τὸ λεγόμενον χωλᾶν. Conf. v. στίμις infra, ac Trilleri Obss. Critt. p. 404. Plura vero de hoc oculorum fuco vide apud Spanhemium in Hist. Jobi c. 15. §. 11. Casaubonum in Athenæum Lib. XII. c. 2. et Conr. Mel. Epist. de Lapide פּוּךְ ad Ies. LIV. 11. in

a Bibl. Brem. Cl. VIII. p. 793. seq. Scribitur quoque στίβει in Cod. Syr. Hex. Mediol. Jer. IV. 30.

ΣΤΙΒΙ'ΖΟΜΑΙ, *stibio lino, fuco.* כָּחַל, *fuco.* Ezech. XXIII. 40. ἐστιβίζου. — הֵשִׂים בַּפּוּךְ, *pono in stibio.* 2 Reg. IX. 30. sec. ed. Ald. ἐστιβίσατο τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, ubi Cod. Vat. ἐστιμμίσατο, Alex. ἐστιβίσατο, Compl. vitiose ἐστιβάσατο. Cf.
b ad h. l. Grotium. Adde Euseb. H. E. V. 18.

ΣΤΙ'ΓΜΑ, *stigma, signum impressum, punctum.* נְקֻדָּה, *punctum.* Cant. I. 10. μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου, *vermiculatos argento.* Hesych. στίγματα, πληγαί, ποικίλματα.

ΣΤΙΓΜΗ', *punctum,* it. *momentum.* פֶּתַע, *repente.* Ies. XXIX. 5. καὶ ἔσται ὡς στιγμὴ παραχρῆμα, erit-
c que ut *momentum* confestim. 2 Macc. IX. 11. κατὰ στιγμὴν (sc. ἑκάστην) ἐπιτεινόμενοι ταῖς ἀλγηδόσι. Latinus reddit: *per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus.* Ita Luc. IV. 5. ἐν στιγμῇ χρόνου, in *momento* temporis.

ΣΤΙΚΤΟ'Σ, *punctatus, impressus.* קַעֲקַע, *stigma.* Levit. XIX. 28. γράμματα στικτὰ οὐ ποιήσετε ἐν ὑμῖν,
d literas *impressas* non facietis in vobis.

ΣΤΙΛΒΗ', *splendor.* צָהוֹב, *flavus.* Symmach. Lev. XIII. 36. Lapilli flavi etiam splendidi dici possunt.

ΣΤΙΛΒΟ'Σ, *splendidus, candidus, lucidus.* צַחַר, *candor, nitor.* Ezech. XXVII. 18. ἔρια στιλβὰ, lanas *candidas.*

ΣΤΙΛΒΟ'Ω, *lucere, coruscare fa-*
e *cio, splendidum reddo.* לָטַשׁ, *acuo,* etiam *polio.* Ps. VII. 13. τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει, gladium suum coruscare faciet. Sensum expresserunt: nam gladius, qui acuitur, splendorem accipit. Hesych. στιλβῶσαι, ἀπαστράψαι.

ΣΤΙ'ΛΒΩ, *splendeo, luceo, corusco.* בָּרָק, *fulgor.* Ezech. XXI. 28. — הִצְהִיל Hiph. Symm. Ps. CIII. 15. τοῦ στίλβειν πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ, ut *fulgeat* facies oleo. Legit, ni fallor, הַצְהִיר aut הַצְהִיב. Sic Paris Homero Il. Γ', v. 392. dicitur κάλλει (h. e. exponente Hesychio, τῷ μύρῳ τῷ τῆς Ἀφροδίτης) στίλβων, unguento *fulgens.* Plura ejusmodi loca ad illustrandam Symmachi versionem attulit Suicerus Thes. T. I. p. 1079. — לַהַב, *flamma.* Nahum. III. 3. στιλβούσης ῥομφαίας, *coruscante* gladio. — מֻצְהָב part. Hoph. a צָהַב, *fulgens.* Esdr. VIII. 26. — צָחֹר, *candidus.* Aqu. Jud. V. 10. στιλβουσῶν. — קָלָל, *tersus.* Dan. X. 6. Adde Ezech. XL. 3. ubi nihil est in textu Hebr. 3 Esdr. VIII. 59. coll. Esdr. VIII. 27. ubi Hebr. מֻצְהָב respondet, quod *fulvum et aureum colorem* designat. Adde Ep. Jerem. v. 23. 1 Macc. VI. 39. ὡς δὲ ἔστιλβεν ὁ ἥλιος.

ΣΤΙ'ΛΒΩΣΙΣ, *politio, qua aliquid nitidum redditur et splendidum, nitor, splendor, fulgor.* בָּרָק, idem. Ezech. XXI. 10.

ΣΤΙΛΠΝΟ'ΤΗΣ, idem. יִצְהָר, *oleum.* Aqu. Deuteron. VII. 13. et Zach. IV. 14. Vox Hebr. descendit a radice inusitata צָהַר, quæ, ut זָהַר, habuit *splendendi* notionem.

ΣΤΙ'ΜΙΣ, *stibium.* פּוּךְ, *fucus, stibium.* Aqu. Symm. Ies. LIV. 11. στίμει, ubi vid. Montf. Mœris: Στίμμις, Ἀττικῶς. Στίμι Ἕλληνες. Sic enim legendum pro στιμὶς et στίμη. Vide supra in στίβη ac Sturz de Dial. Maced. p. 112.

ΣΤΙΜΜΙ'ΖΟΜΑΙ, *stibio me lino, fuco me.* כָּחַל, idem. Al. Ezech. XXIII. 40. ἐστιμμίζου. — הֵשִׂים בַּפּוּךְ, *pono in stibio.* LXX sec. cod. Vat. 2 Reg. IX. 30. ἐστιμμίσατο. Vide supra s. στιβίζομαι. Suidas:

ἐστιμμίσατο, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς ἐκαλλωπίσατο. De voce στίμμι vid. Coray ad Heliodor. pag. 355. ac H. Stephani Thes. L. Gr. (ed. Lond.) T. I. Vol. 2. p. 349. seq.

ΣΤΙΠΠΥ'ΙΝΟΣ, *stupeus, ex stupa confectus.* פִּשְׁתָּה, *linum.* Levit. XIII. 47. 59.

ΣΤΙΠΠΥ'ΟΝ, *stupa, stipula.* פִּשְׁתִּים plur. Incert. Lev. XIII.
b 48. XXVI. 26. Al. Cant. Tr. Puer. v. 17. Unde Gloss. MS. in Cantica Script. Στιππύον, καλάμη.

ΣΤΙ'ΦΟΣ, *cohors militum, turma.* דָּגַל, *vexillum erigo.* Symm. Cant. VI. 9. μετὰ στίφους, Hebr. כַּנִּדְגָּלוֹת, *ut vexillatæ s. castra cum vexillis.* Suidas: στῖφος, τάξις πολεμικὴ ἢ φάλαγξ, συστροφὴ, πλῆθος, σύστασις. Ita bene Küsterus pro πλῆτος συστά-
c σιων.

ΣΤΙΧΙ'ΖΩ, *ordino, in ordinem dispono.* אַתִּיק, *peristylium.* Ez. XLII. 2. ἐστιχισμένοι.

ΣΤΙ'ΧΟΣ, in universum *ordo, series.* In re militari est *decuria,* in re rustica *ordo arborum et vitium,* in libris *versus, lineæ, periodi,* etc. a στείχω, *ordine eo.* אַתִּיק, *peristylium.* Al. Ezech. XLII. 2 κατὰ
d στίχον. — טוּר. Exod. XXVIII. 17. 18. XXXIX. 8. 1 Reg. VI. 35. — מִלּוּאָה, *impletio.* Exod. XXVIII. 20. Hesychius: στίχος, περίπατος. Idem: στίχους, τάξεις, πλήθη, ἢ τόποι τῶν στρατευμάτων. Confer Suiceri Thes. T. II. p. 1023.

ΣΤΟΑ', *porticus.* אַתִּיק, *peristylium.* Ezech. XLII. 2. — בִּנְיָן, *ædificium magnum.* Al. Ezech. XLII.
l 5. στοαί. — *מֵאֵת, *ex.* 1 Reg. VI. 32. sec. cod. Alex. στοαὶ τετραπλῶς, porticus in quadratam formam. Legerunt מְזוּזוֹת vel מְזוּזֹת, *angulorum.* Hesych. στοαί, τὰ ταμεῖα καὶ (forte legendum est ἃ) ἐπιμήκη εἶναι.

ΣΤΟΙΒΑ'ΖΩ, *congero, coagmento, construo, stipo.* עָרַךְ, *dispono, ordino,* etiam *sterno.* Inc. et LXX Lev. f
I. 7. στοιβάσουσι ξύλα ἐπὶ τὸ πῦρ, *congerent* ligna ad ignem. Vide et v. 8. Lex. Cyrilli MS. Brem. στοιβάσουσι, σωρεύσουσι, βουνίσουσι. MS. vitiose βουσίσουσι. Unde apud Hesychium pro στοβάσουσι bene reponitur στοιβάσουσι, quod pariter ibi σωρεύσουσι exponitur. 1 Reg. XVIII. 33. ἐστοίβασε τὰς σχίδακας ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, *con-* g
gerebat ligni assulas super altare. Latin. Interpret. *composuit ligna.* Vide et Levit. VI. 12. Al. Jos. II. 6. ἔκρυψεν αὐτοὺς ἐν τῇ λινοκαλάμῃ τῇ ἐστοιβασμένῃ αὐτῇ ἐπὶ τοῦ δώματος, occultabat illos sub lini stipula, *coagmentata* ipsi in tecto. Hesychius: ἐστοιβασμένη, συγκειμένη, σύνθεσις. In
Gloss. in Octat. sine distinctione h
legitur συγκειμένη σύνθεσις, *quæ una jacet coagmentatio.* Theod. Prov. IX. 2. ἐστοίβασεν, *cumulabat.* Id. Ps. XLIX. 22. στοιβάζω, *certo quodam ordine dispono,* et metaphorice *convinco aliquem peccatorum,* scil. diligenti eorum enumeratione. — רִפֵּד Pih. *substerno.* Cant. II. 5. στοιβάσατέ με ἐν μήλοις, *stipate* me malis, ubi Schol. ed. Rom. περικυκλώσατέ i
με, quæ est ipsa versio Symmachi. — *רְתָמִים, *genistæ.* Symm. Ps. CXIX. 4. ἐστοιβασμένων, *aggestorum.* Respexit etymologiam vocis רֹתֶם, quæ notat ex usu l. Arab. رتم, *ligare, colligare, jungere.* Mich. III. 1. Habuit itaque pro participio
hujus verbi. Doct. Clarisse in k
Psalmis Quindecim Hammaaloth Philologice et Critice Illustratis (L. B. 1819. 8.) p. 56. nescit, sensumne tantum expresserint, an vero de στοιβῇ, *herba quadam aculeata,* cogitaverint. Suidas: στοιβάζω, συνάγω.

ΣΤΟΙ'ΒΑΣΙΣ, *strues.* מַעֲרָכָה, *dispositio, strues.* Inc. Lev. XXIV. 6.

a Scharfenbergio ad h. l. στοιβάσω videtur esse futurum verbi στοιβάζειν, h. l. apponere, exstruere, (Cicer. Quaest. Tusc. V. 21. mensae conquisitissimis epulis exstruebantur) atque potius referendum ad שׁוּבָה. Est enim στοίβασις substantivum dubiae auctoritatis, de quo tacent Lexicographi veteres et recentiores. Caeterum pro στοιβάσεις reponendum
b esse στοιβάσω jubet verbum Hebraicum.

ΣΤΟΙΒΗ', *acervus, strues, congeries,* item *genus herbae, qua in exstruendis stibadiis et toris utebantur, quaque tomenti loco culcitras farciebant.* גָּדִישׁ, *acervus,* vel *meta frugum in congeriem collectarum.* Complut. Ed. et Theod. Jud. XV. 5. *manipulus.* Conf. Bocharti Hier.
c P. I. Lib. III. c. 13. p. 854. — נַעֲצוּץ, *vepretum.* Symm. et LXX Ies. LV. 13. ἀντὶ τῆς στοιβῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος, pro *staebe* crescet cupressus. Plinius Lib. XXI. c. 15. *staeben* inter herbas sponte nascentes et aculeatas refert, et haec de illa habet: *Quaedam in folio habent* (spinam) *et in caule, ut phleos, quod aliqui staeben appellavere.* Vide
d quoque Dioscoridem IV. 12. — עֲרֵמָה, *acervus.* Ruth. III. 7. ἦλθε κοιμηθῆναι ἐν μερίδι τῆς στοιβῆς. Bielius transtulit: *venit, ut dormiret in parte acervi segetis.* Cappello Crit. S. p. 609. legisse videntur עֲרִישָׂה, nam עֶרֶשׂ est *stratum, sponda lecti:* ubi Scharfenbergius monet, στοιβὴν h. l. esse *acervum manipulorum.* Vulg. *juxta acervum manipulorum.*
e Sed στοιβὴ potius notat *herbas idoneas ad culcitras et tomenta,* item *compositionem talium herbarum, frondium aut similium pro strato vel lectulo.* Gloss. Cyrilli: στοιβὴ, *stipatio, stramentum.* Jam LXX, quia viderunt, sermonem esse de Boaso agente in messe, et in area eubitum se conferente, per עֲרֵמָה, *acervum, cumulum,* intellexerunt *hujusmodi stramentum s. stratum ex culmis frumenti aut stramine in eum finem, ut fieri solet a rusticantibus, coacervatum et compositum.* Hesych. στοιβὴ, σύνθεσις, καὶ εἶδος χόρτου.

ΣΤΟΙΧΕΙ͂ΟΝ, *elementum, principium* Sap. VII. 18. XIX. 17. 4 Maccab. XII. 13. Lex. Cyrilli MS. Brem. Στοιχεῖα. Ἀθηναῖοι μὲν γράμματα, γραμματικοὶ δὲ πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γαῖαν, ἀφ' ὧν τὰ σώματα. Conf. Lex. N. T. s. h. v. ac Sturz. de Dial. Maced. p. 195.

ΣΤΟΙΧΕΙ'ΩΣΙΣ, *primarum elementorum et rudimentorum traditio, formatio ex primis elementis.* 2 Macc. VII. 22. τοῦ ἑκάστου στοιχείωσιν οὐκ ἐγὼ διεῤῥύθμισα, *aptam* uniuscujusque *ex principiis* suis *formationem* (seu *formationem in utero materno factam*) non ego institui. Suidas: στοιχείωσις, ἀκριβεστάτη ἐπιτομὴ, ἢ πρώτη μάθησις, ἤτοι διάταξις. ubi vide Ernestium. Hesych. στοιχείωσις, διατύπωσις, ἡ πρώτη μάθησις. Confer Suidam Thes. Eccl. T. II. p. 1040.

ΣΤΟΙΧΕ'Ω, *recte, bene procedo.* כָּשֵׁר, *rectus sum.* Cohel. XI. 6. οὐ γινώσκεις, ποῖον στοιχήσει, ἢ τοῦτο ἢ τοῦτο, non cognosces, quale *bene sit processurum,* num hoc vel illud. Conf. Salmasium de Modo Usurarum p. 519. et Theophr. Histor. Plant. III. 6.

ΣΤΟΙΧΙ'ΖΩ, *ordine dispono.* אַתִּיק *peristylium.* Al. Ezech. XLII. 2. ἐστοιχισμένοι, ubi alii ἐστηκισμένοι habent. Vide supra s. v. στίχος.

ΣΤΟΛΗ', *stola, toga, vestis oblonga ad pedes usque demissa* (v. c. *regalis, muliebris,* etc.), it. *vestis, habitus, ornatus in genere.* אַדֶּרֶת, *toga magnifica.* Jos. VII. 21. sec. cod. Oxon. στολὴν, quae est versio Aquilae sec. Theodoretum, ubi LXX ψιλὴν habent. Jon. III. 6. — אֵפוֹד, *amiculum humerale.* 2 Sam. VI. 14. 1 Par. XV. 27. — בֶּגֶד, *vestis.* Gen. XXVII.

a 15. XLI. 42. Exod. XXVIII. 2. et alibi saepius. — בַּד, in plur. בַּדִּים. Ezech. X. 2. 6. 7. — *בַּיִת, *domus.* 2 Reg. XXIII. 7. sec. Compl. Vox Hebr. etiam *cortinas* notat. Sunt tamen, qui interpretem incertum בַּדִּים legisse putent. — *הוֹעִיל Hiph. a יָעַל, *prosum.* Job. XXX. 13. ubi pro יֹעִילוּ legisse videntur מְעִילָם, nam מְעִיל est *pallium.* —
b חֲלִיפָה, *mutatio, vestis mutatoria.* Jud. XIV. 12. 19. — חֲלִיפוֹת בְּגָדִים, *vestes mutatoriae.* Jud. XIV. 13. στολὰς ἱματίων. Quanquam non ignoro, conjunctione vocabulorum idem significantium *varietatem ac diversitatem rerum,* de quibus sermo est, in literis sacris haud raro indicari solere, ut adeo στολαὶ ἱματίων *varia vestimentorum genera* aut *varias sto-*
c *las ad permutandum necessarias* bene significare possit, tamen me offendit illud στολὰς, et legere mallem διαστολάς. Certe Incert. Int. in Cod. Basil. habet ἀλλαγὰς στολῶν. Vide tamen infra s. v. עֵרֶךְ. — חֲלִיצָה, *exstractio.* Inc. et LXX Jud. XIV. 19. Vox Hebr. significat *exuvias,* adeoque de *vestibus hostibus exutis* bene explicari potuit. — כֻּתֹּנֶת, *tu-*
d *nica.* Ies. XXII. 21. — לְבוּשׁ, *vestis.* Genes. XLIX. 11. Esth. VI. 8. 11. Ies. LXIII. 1. — *מַעֲטֶה. Ies. LXI. 3. sec. Vat. et Ald. ubi tamen pro κατὰ στολὴν legendum videtur καταστολὴν, quod habent ed. Compl. MS. Oxon. Cyrill. et Theodoretus. — מְעִיל, *pallium.* 1 Par. XV. 27. Job. II. 12. — סְאוֹן, *conflictatio.* Ies. IX. 5. στολήν. Legerunt שְׂאוֹן a נָשָׂא,
e et στολὴ accipiendum est *de eo ornatu et cultu corporis, qui unice in armis consistit.* Favet huic lectioni parallelismus sententiarum. — עֲטֹה infin. *operiendo.* Ies. XXII.

17. — עֵרֶךְ, *dispositio.* Al. Jud. XVII. 10. στολὴν ἱματίων. Vulg. *duplicem vestem* a. *par vestium.* Al. ζεῦγος. — שַׂלְמָה, *vestis.* Job. IX. 31. — שִׂמְלָה, idem. Genes. XXXV. 2. XLI. 14. Syrus et LXX Genes. XLV. 22. f
Apud Hesychium στολὴ inter alia exponitur ἔνδυμα καὶ περιβόλαιον. Plura de hac voce vide apud Perizonium Not. ad Aelian. V. H. L. III. c. 14. 1 Maccab. X. 21. ἡ ἁγία στολὴ, *vestis talaris,* ornamentum summi sacerdotis proprium. Baruch. IV. 20. στολὴ εἰρήνης, vestis muliebris talaris pretiosa et honorifica, festa et solemnis. 1 Macc. XIV. 9. δόξας g
καὶ στολὰς, h. e. per hendiadyn *vestes splendidas.* — Vide alibi ἐξαλλάσσω.

ΣΤΟΛΗΤΗ'Σ, *vestiarius, praefectus vestium.* מַלְבּוּשׁ, *vestis.* 2 Reg. X. 22. ubi alii στολιστὴς, et quidem rectius, ut mihi quidem videtur.

ΣΤΟΛΙ'ΖΩ, *vestio, stolam induo.* לְבוּשׁ, *vestis.* Esth. VIII. 15. ἐστολισμένος. Videntur legisse לְבֻשׁ-מַלְבֻּשׁ h
in Pyh. et Hiph. Esdr. III. 10. Esth. IV. 4. VI. 9. Dan. V. 7. sec. cod. Chis. 3 Esdr. I. 1. ἱερεῖς ἐστολισμένοι, *sacerdotes veste festiva instructi,* et sic jam parati et instructi ad sacra administranda. coll. 2 Par. XXXV. 2. Nam στολὴ est *vestis ad pedes usque demissa,* qua in V. T. sacerdotes inprimis induti erant. Sic quoque legitur 3 Esdr. VII. 9. et V. 81. ἐστολισμένοι μετὰ μουσικῶν καὶ σαλπίγγων. i
Josephus A. J. XI. 4. p. 556. Haverc. μετὰ σαλπίγγων οἱ ἱερεῖς ταῖς συνήθεσι στολαῖς κεκοσμημένοι. Vide et Judith. X. 3. 2 Macc. III. 33.

ΣΤΟΛΙΣΜΟ'Σ, *vestitus, amictus,* i. e. *ipsa actio exornandi et amiciendi veste, vestimentum.* בֶּגֶד, idem. Ezech. XLII. 14. — מַלְבּוּשׁ. 2 Par. IX. 4. Vide et Sir. XIX. 26. Hesych. στολισμὸς, ἱματισμὸς, κόσμος.

ΣΤΟΛΙΣΤΗ'Σ, *vestiarius, praefec-*

a *tus vestium.* מַלְבּוּשׁ, *vestis.* Al. 2 Reg. X. 23. Στολιστὰς fuisse genus sacerdotum Ægyptiorum, multis docuit Sturz. de Dial. Maced. p. 112. seq.

ΣΤΟ'ΛΟΣ, *commeatus, profectio, iter.* Dicitur et de *expeditione tam terrestri quam navali:* item *classis.* 1 Macc. I. 19. ἐν ἱππεῦσι καὶ ἐν στόλῳ μεγάλῳ. Vulg. *cum copiosa navium* b *multitudine.* Syrus στόλον de *pompa* interpretatus est. Equidem exponere mallem de *exercitu terrestri,* qui στόλος dicitur παρὰ τὸ εἰς ὀξὺ συνεστάλθαι, teste Schol. ad Prometh. Vinct. 408. Suidas: στόλος καὶ τὸ πεζικὸν στράτευμα. Ἀῤῥιανὸς κ. τ. λ. κυρίως δὲ ὁ ναυτικός. Phavorinus: στόλος, ἡ διὰ θαλάσσης πορεία καὶ τὸ τῶν νεῶν πλῆθος, καὶ ἡ διὰ γῆς πορεία, c καὶ αὐτὴ ἡ στρατεία. Idem docet Thomas Mag. p. 811. Lex. Cyrilli MS. Brem. στόλος, πλοίων πολλῶν ἄθροισις. Vide quoque J. D. Michaëlis Not. ad Macc. l. c.

ΣΤΟ'ΜΑ, *os, oris, apertura, introitus, initium, facies, fauces,* item, *acies in gladio.* *אֵת. Prov. XI. 2. ubi legeritne פִּי, an στόμα ab explicatione sua ultro addiderit, non d decernit Jaegerus. — *בֶּטֶן, *venter.* Ezech. III. 3. τὸ στόμα σου φάγεται. Forte legendum est σῶμα. Στόμα et σῶμα sæpe confusa reperiuntur in codd. versionis Alex. Sic Job. XX. 25. Ald. et Compl. στόματος, pro quo Rom. et Alex. recte σώματος habent. Jud. XIV. 8. in Edit. Alex. emendatum σώματι pro στόματι. Adde Theod. in Cod. Alex. e Dan. X. 5. ac conf. Boissonade ad Philostrati Heroic. p. 446. — בַּיִת, *domus.* 2 Sam. XV. 35. ubi non aliter legisse censendi sunt. — גֵּוָה, *corpus.* Job. XX. 25. Vide supra s. v. בֶּטֶן. — גְּוִיָּה, idem. Jud. XIV. 8. ubi pro στόματι reponendum nonnullis videtur σώματι. Vide ad h. l. Scharfenbergium, Bochartum Hier. P. II. Lib. IV. c. 12. p. 522. et Grabii Proleg. in LXX f Intt. T. I. c. 4. §. 1. Sed mihi inanis videtur hæc conjectura, ac persuasum potius est, continere lectionem στόματι interpretationem vocis גְּוִיָּה minime improbabilem, ut nempe per metonymiam גְּוִיָּה h. l. de *ore* cadaveris leonis exponendum sit. Partim enim probabilius est, examen apum in ore interfecti leonis fuisse, quam in inferiore parte cadaveris, (amant enim apes civitates) partim v. 8. גְּוִיַּת a מַפֶּלֶת di- g serte distinguitur. Præterea in priore parte v. 9. diserti apud Inc. legitur καὶ ἐξεῖλε αὐτὸ (sc. τὸ μέλι) ἐκ τοῦ στόματος τοῦ λέοντος, ubi verbis ἐκ τ. στ. nihil quidem in textu Hebr. respondet, satis autem ex iisdem apparet, plurium olim interpretum de hac re fuisse eandem sententiam. — דַּבֵּר infin. Pih. *loqui.* 2 Sam. XIV. 13. De *sermone* στόμα legitur apud Eurip. Orest. 383. — חֵלֶב, *adeps.* Ps. LXXII. 7. ubi pro h στόματος sine dubio legendum est στέατος. — *חֶרֶב, *gladius.* Symm. sec. marg. cod. 108. Holmes. Num. XXXI. 8. στόματι. Sed excidit hic ῥομφαίας aut μαχαίρας. — *יָד, *manus.* Theodot. 1 Sam. XVII. 37. Ita fortasse transtulit, quia in antecedentibus mentio facta erat conviciorum, quibus Philistæus prosciderat aciem Dei vivi. — כַּף, *manus.* Jud. XIV. 9. Libere verte- i runt. — לֵב, *cor.* Job. XXIX. 13. στόμα δὲ χήρας με εὐλόγησεν, os autem viduæ me benedixit: ubi in textu Hebr. legitur: *cor viduæ canere faciebam.* Sensum liberius expresserunt. Nam qui animum alicujus exhilarat, is efficit, ut alter pro eo bona vota faciat, s. eum benedicat. — *מֹף. Nomen proprium urbis *Memphis* dictæ. Hos. IX. 6. ἐκ

στόμα: ος. Legit מִפֶּה. Vide ad h. l. Montfauconium. — *בְּוֶה, *habitaculum*. Prov. XXI. 20. Fischerus Prol. de Verss. GG. p. 189. interpretem suspicabatur reperisse לְפֶה, aut לְפִי, Grabius autem obsecutus Hebr. בְּנֶוֶה restituit δώματος. — *יֶצֶב, *dolor*. Aquil. Jerem. XXII. 28. στόμα. Inter utramque vocem nulla prorsus est convenientia. Num fortasse cum Grabio legendum est σῶμα, ut Hebr. עֶצֶם expresserit? aut σκεῦος, quod apud Inc. legitur? Doederleinius (Repert. Eichhorn. T. I. p. 241.) conjicit legendum ξύσμα, aut τόρνευμα, *quisquiliæ, ramentum*. Semlerus legere mavult τόνημα aut διαπόνημα. — פֶּה et constr. פִּי. Gen. XXIV. 57. ἐρωτήσωμεν τὸ στόμα αὐτῆς, interrogabimus *ipsam*. Exod. IV. 16. αὐτὸς ἔσται σου στόμα, ille erit os tuum, h. e. ille tanquam propheta tuus erit, per quem, ut ego per prophetas loquor, loqueris, et voluntatem meam, tibi manifestatam, populo patefacies. Confer notata supra in v. προφήτης, et Jerem. XV. 19. ubi Dominus ad Jeremiam: ὡς τὸ στόμα μου ἔσῃ. Ad quem locum Victor in Catena Ghislerii: στόμα δὲ γίγνεται Θεοῦ πᾶς ὁ τοὺς λόγους αὐτοῦ ἀπαγγέλλων. Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστὲ, φησὶν, οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Conf. et Hos. VI. 5. Similiter poëtæ gentilium στόματα Μουσῶν dicebantur. Sic enim Theocritus Idyll. Ζ', v. 37. Μοισᾶν καπυρὸν στόμα, *Musarum facundum os*, se ipsum nuncupat. Et Homerus Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα, *Calliopes dulce os*, audit Moscho Idyll. Γ', v. 73. Et Pindarus Μουσάων ἱερὸν στόμα salutatur Antipatro in Anthol. Epigr. I. 66. pag. 134. Nimirum et illi τὰ πάντα ἐκ Μουσῶν, ut loquitur Eustathius ad Il. Α', p. 8., cognoscere, et Musæ per illos loqui credebantur. Confer Platon. Ion. p. 364. Inde frequentes in exordiis carminum poëtarum ad f
Musas apostrophæ, ut res, quas celebrandas sibi sumserant, eloquerentur. Immo etiam poëtæ *prophetæ Musarum* dicti sunt. Vide notata supra in v. προφήτης. Numer. XII. 8. στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ, *ore ad os*, h. e. *coram*, loquar illi. Conf. 2 Joh. v. 12. et 3 Joh. v. 14. Numer. XVI. 30. ἀνοίξασα ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, aperiens terra os g
suum, h. e. *terra dehiscebat*. Vide et Num. XXVI. 10. Deut. XI. 6. et confer Apoc. XII. 16. Numer. XXII. 28. ἤνοιξεν ὁ Θεὸς τὸ στόμα τῆς ὄνου, aperiebat Deus os asinæ, h. e. *facultatem loquendi ei dedit*. Confer Luc. I. 64. et Vorstii Philol. S. P. II. c. 37. pag. 262. Jos. VIII. 24. ἔπεσον πάντες ἐν στόματι ῥομφαίας, ceciderunt omnes ore, h. e. *acie*, gla- h
dii. Vide et Jos. X. 28. 29. 37. 39. Jud. I. 8. 25. Al. Deut. XIII. 15. et confer notata in v. προσβόλωσις, et Sir. XXVIII. 18. Luc. XXI. 24. et ad h. l. Wolfium p. 748. Hebr. XI. 34. et ad h. l. Wolfium pag. 768. Sicuti vero Hebræi et juxta illos Græci Intt. στόμα ῥομφαίας, ξίφους, μαχαίρας, *aciem* s. *eam partem gladii* appellant, *quæ tanquam os* i
homines consumit (confer 2 Sam. XVIII. 8. 2 Reg. XI. 25.), ita Homerus bello μέγα στόμα tribuit, quod omnia consumat quasi et devoret. Vide Il. Κ', v. 8. Unde Hesychius: πολέμου στόμα, τὸ ἀναλωτικὸν καὶ φθαρτικὸν τοῦ πολέμου. Idem: στόμα, τὸ κατεργαστικώτατον μέρος τοῦ πολέμου. Conf. Seberi Not. ad Polluc. Lib. II. c. 4. p. 204. et k
Eustathii loca in Homer. Kühnio ibid. allegata. Jos. X. 18. κυλίσατε λίθους μεγάλους ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ σπηλαίου, advolvite lapides grandes ad os, h. e. *introitum*, speluncæ. Jud. XI. 35. ἤνοιξα τὸ στόμα μου περὶ σοῦ πρὸς κύριον, aperui os meum de te ad Dominum, h. e. *promisi aliquid, obstrinxi me voto*. Vide Vor-

a stii Philol. S. P. II. c. 37. p. 263. 1 Sam. II. 1. ἐπλατύνθη ἐπ' ἐχθροὺς μου τὸ στόμα μου, *dilatatum est os meum contra hostes meos*, h. e. *possum nunc* παῤῥησιάζειν, *et libere loqui*. Conf. Vorstium l. c. p. 264. 2 Sam. XIII. 32. ἐπὶ στόματος Ἀβεσσαλὼμ ἦν κείμενος, *ab ore Absolomi pendebat*. Ita Bielius: sed male, si quid video. Nam κεῖσθαι ἐπὶ τοῦ
b στόματός τινος ad imitationem formulæ Hebrææ: שׂוּמָה vel עַל־פִּי פְּלוֹנִי הָיָה שִׂימָה, quæ ibidem legitur, *is* vel *id* dicitur, *de quo aliquis sæpius aliquid dixit*, vel: *de quo et contra quem aliquis sæpius aliquid declaravit ac professus est, sive boni* s. *mali*. Hinc verba LXX quoad sensum ita explicanda sunt: Absolom enim Amnoni necem ac
c interitum jurejurando interposito minatus fuerat, inde ab illo die, quo Thamarem sororem suam vitiaverat. Sic quoque *jacere* s. *positum esse in corde* s. *animo alicujus id* dicitur, *cujus aliquis semper memor est, seu quod semper alicujus menti obversatur*. Unde simul apparet, loco κείμενος 2 Sam. l. c. rectius fortasse legi κείμενοι. 1 Reg.
d XXII. 13. πάντες οἱ προφῆται ἐν ἑνὶ στόματι λαλοῦσι καλὰ, omnes prophetæ uno ore prædicunt bona. Vide et 2 Paral. XVIII. 12. Sic Cant. Tr. Puer. v. 21. οἱ τρεῖς ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ὕμνουν, tres illi tanquam uno ore canebant. Et Plato Lib. I. de Leg. dixit: μιᾷ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος. Et Aristoph. Equit. v. 667. οἱ δ' ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκρα-
e γον, ubi Scholiastes ἐξ ἑνὸς στόματος interpretatur ὁμοθυμαδὸν, καὶ μιᾷ φωνῇ. Confer Rom. XV. 6. et Erasmi Adag. Chil. I. Cent. VIII. n. 17. p. 298. Seberi Not. ad Polluc. Lib. II. c. 4. p. 206. et Fesselii Advers. Sacr. Lib. X. c. 2. p. 538. 2 Reg. X. 22. ἐπλήσθη ὁ οἶκος τοῦ Βάαλ στόμα εἰς στόμα, implebatur domus Baal *ore ad os*, h. e. *ab una extremitate ad alteram*. Vide et 2 Reg. XXI. 16. Ps. LXXVII. 2. ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, *proferam parabolas*. Adde Symm. 2 Reg. XXI. 16. ubi στόμα est *orificium*. Vide supra s. v. ἀγγεῖον. Aquil. Psalm. CXXXII. 2. ubi στόμα est *ora vestimenti*, s. *fimbria*, i. q. ὤα apud reliquos interpretes. — פּוּם : פַּם Chald. Dan. VI. 17. ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ λάκκου, super *aperturam* foveæ. Dan. VI. 22. ἐνέφραξε τὰ στόματα τῶν λεόντων, obturabat ora vel *fauces* leonum. Confer Hebr. XI. 33. — *פִּיפִיּוֹת, *geminæ acies*. Aqu. Ps. CXLIX. 6. στόματα, *acies*. — פָּנִים plur. *facies*. Nehem. II. 13. πρὸς στόμα πηγῆς τῶν συκῶν, ad os vel *initium* fontis ficuum. Hesych. κατὰ στόμα (sic enim bene Salmasius legit pro Καταστόμα), κατὰ τὴν ἀρχὴν μεταφορικῶς. Prov. XV. 15. στόμα δὲ ἀσεβῶν γνώσεται κακά. — רוּחַ, *spiritus*. Ps. XXXI. 2. Al. Cohel. VII. 10. ἐπὶ στόματι. Semlerus in Ep. Crit. ad h. l. conjicit legendum ἐν πνεύματι. Sed non opus est. Nam στόμα h. l. notat *id, quod ore profertur*, quam notionem quoque רוּחַ habere h. l. potest. Symm. Psalm. XXXI. 2. Ex aliis locis ita vertit, ubi eadem sententia legitur, v. c. Ps. CXXXVIII. 3. Ies. LIII. 9. Hic quoque Semlerus temere conjecit pro στόματος legendum esse πνεύματος. — *שֶׁלַח, *propago*. Hebr. Int. Cant. IV. 13. ἐκ στόματός σου, Hebr. שְׁלָחַיִךְ *propagines tuæ*. Sc. שׁ pro particula habuit: לְחַיִךְ vero quasi significaret *maxilla tua* vel *os tuum*, a לְחִי, *gena, maxilla*. Vide ad h. l. Montfauconium. — *שָׂפָה, *labium*. Inc. Hab. III. 16. *Labia* pro *ore* sumi satis notum est. — שָׂפָם, *mystax*. Levit. XIII. 45. Ezech. XXIV. 22. Præterea legitur Job. XL. 26. ubi verbis τὸν γινόμενον ἐν στόματι, quod sc. bellum ore suo gerit Leviathan, nihil respon-

a det in textu Hebraico. Sirac. I. 26. μὴ ὑποκριθῇς ἐν στόμασιν ἀνθρώπων. Vulg. *ne fueris hypocrita in conspectu hominum:* ubi ἐν στόμασι notat *coram, apud.* Vide ad h. l. Syrum. Interdum στόμα pleonastice ponitur, v. c. Sir. XIII. 30. et XX. 20. Sir. XXVII. 25. στόμα est i. q. λόγος, *sermo.* Sir. XIV. 1. στόματι. Vulg. *verbo ex ore suo.* Ib. XXIV. 2. ἀπὸ
b στόματος θεοῦ, *voluntate Dei efficacissima.*

*ΣΤΟ'ΜΑ ΚΟ'ΡΗΣ, *os virginis.* פִּישׁוֹן, nomen proprium. Gen. II. 11. sec. Coisl. In mente habuisse videtur פִּי et יוֹנָה aut similis soni dictionem.

ΤΟ' 'ΕΞΕΛΘΟ'Ν 'ΕΚ ΤΟΥ͂ ΣΤΟ'ΜΑΤΟΣ, *quod egreditur ex ore.* דָּבָר, *verbum.* 1 Sam. I. 23.

c ΣΤΟΜΙ'ΖΟΜΑΙ. עָלַע Pih. *sorbeo, lambo.* Aqu. Job. XXXIX. 30. ἐστομισμένοι, quam vocem Montf. ne vertere quidem ausus est. Bielius στομίζομαι transtulit: *ore accipio,* quæ notio, si usu loquendi comprobari posset, bene conveniret pullis avium, quibus nutrimenta a parentibus in os ingeruntur. Quid si legatur ἐστιμμισμένοι? hoc sensu:
d ora pullorum ejus sanguine quasi stibio oblita ac fucata sunt. Confirmatur hæc conjectura versione LXX, qui habent φύρονται ἐν αἵματι, *consperguntur sanguine,* ubi sensum expresserunt.

ΣΤΟΜΟΚΗΡΙ'Α. Hac voce Talmud Schabb. fol. 8. 2. testatur Aquilam reddidisse בָּתֵּי נֶפֶשׁ, *domus animi,* h. e. *olfactoriola,* aut potius
e *amuletum,* φυλακτήριον. Ies. III. 20. Vide Lightfooti Append. ad Hor. Talm. in 1 ad Corinth. pag. 281. Quid autem Aquila per vocem illam intellexerit, adhuc quæritur.

ΣΤΟ'ΜΩΜΑ, *acies ferri indurata, ferrum acie s. chalybe temperatum et roboratum* (Vide Plin. XXXIV. 14.), *aciale.* Sir. XXXI. 30. Conf. Polluc. Onom. Lib. VII. c. 24. p. 764. et Lib. X. c. 49. pag. 1376. et f
Stephanum Byzant. v. Λακεδαίμων.

ΣΤΟ'ΝΟΣ, *clamor inconditus, rugitus, fremitus.* שְׁאָגָה, idem. Job. IV. 10. στόνος λέοντος, *fremitus* (juxta Hieronymi versionem) vel *rugitus leonis.* Sic enim pro σθένος vel, ut Complut. habet, στένος bene legendum censet Grabius Proleg. in LXX Intt. T. IV. c. 4. §. 2. In Hesychio et Lex. Cyrilli MS. Brem. g
στόνος exponitur στεναγμός. Sic et verbum στενάζειν de *rugitu ursi* usurpatur. Vide supra in h. v.

*ΣΤΟΡΓΗ', *amor.* 3 Macc. V. 32. ἡ τῆς συντροφίας στοργή, amor, quo aliquem ob communem educationem amplectimur. Hesych. στοργή, φιλία, ἀγάπη. Philoxen. Gloss. στοργή, *adfectio.*

ΣΤΟΧΑ'ΖΟΜΑΙ proprie notat *collimo, et recta ad scopum tendo,* metaphorice: *intendo et intentissime aspicio, ut facit sagittarius, dum in scopum jaculatur.* Deinde *exploro, conjicio, conjecturam facio,* it. *caveo,* etiam *misereor.* הֵכִין Hiph. a כּוּן, *præparo.* Deut. XIX. 3. στόχασαι σὺ τὴν ὁδὸν, *explora* tu viam. Sapient. XIII. 9. στοχάσασθαι τὸν αἰῶνα, *mundum explorare,* seu *penetrare naturam hujus mundi.* Quid στοχάζεσθαι Sir. IX. 19. (ubi legitur στόχασαι τοὺς πλησίον) significet, dissentiunt interpretes tam veteres, quam recentiores. Vulgatus per *cavere* interpretatus est. Alii vertunt: *conjecturam facito de proximis,* quia στοχάζεσθαι quoque notat *colere et nutus ejus observare, quem colere instituisti,* indeque *conjectare et conjecturam de aliquo facere.* Mihi vertendum videtur: *quantum potes, miserere aliorum,* h. e. *opitulare iis.* Syrus ibi: ܟܒܠ, *opitulatus est.* Arabs: *opem tulit.* 2 Maccab. XIV. 8. τῶν ἰδίων πολιτῶν στοχαζόμενος, propriorum civium *misertus.* Apud Lascarem Constantinum legitur,

a quod *στοχάζομαι* significet *φείδομαι, ἀκριβολογοῦμαι, ἐλεῶ.* Eaque significatione verbum *στοχάζομαι* etiam positum esse videtur Grævio not. ad Luciani Solœcist. pag. 747. ubi *στοχαζόμενος* ipsi redditur *parcens,* vel *misertus,* vel *consulens,* ut vertit Interpres illic. Hesych. *στοχάζεται, οἴεται, κατασκοπεῖ, βάλλει.*

ΣΤΟΧΑΣΤΗ'Σ, *conjector, qui ex* *b* *conjectura aliquid colligit,* proprie: *qui bene collimat, et recta ad scopum tendit.* קֹסֵם part. *divinans, divinator.* Ies. III. 2.

ΣΤΡΑΓΓΑΛΙΑ', *tortuosus nodus, nexus intricatus, tendicula, funis,* it. *fraus, dolus.*. אֲגֻדָּה, *fascis.* Ies. LVIII. 6. *διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων,* solve *nodos tortuosos* violentarum commutationum, aut *c* potius: *solve vincula, quæ alios injuste constringunt.* Vide et Amos IX. 6. et confer notata ad h. l. in v. *ἐπαγγελία.* Lexic. Cyrilli MS. Brem. *στραγγαλιάς, πλοκάς, διαστροφὰς δυσδιαλύτους.* Hesych. *στραγγαλιαὶ καὶ στραγγαλίδες* (ita bene Sopingius pro *στραγγαλίδαι*), *συστροφαί, διαστροφαί, παγίδες, ἢ πλοκαί.* Suidas: *στραγγαλίδες, τὰ δύσλυτα ἅμματα. Φε-* *d* *ρεκράτης Αὐτομόλοις· Ὑμεῖς γὰρ ἀεὶ στραγγαλίδας ἐσφίγγετε.* — עֲקַלְקַלּוֹת plur. *tortuosa.* Psalm. CXXIV. 5. *τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάξει,* declinantes autem ad *fraudes* abducet. Vide ad h. l. Dathium. Phavorinus: *στραγγαλιάς, διαπλοκὰς διεστραμμένας, δολιότητας.* Sic enim sine distinctione scribendum nonnullis videtur pro *διαπλοκάς, διε-* *e* *στραμμένας.* Sed quomodo hic locus emendandus sit, optime apparet e Zonara, qui c. 1672. habet: *Στραγγαλιάς, ὁ μὲν Ἀκύλας διαπλοκάς. σκολιότητας δὲ ὁ Σύμμαχος. ὁ δὲ Θεοδοτίων διεστραμμένα ἡρμήνευσεν.* Sed Psalm. l. c. *στραγγαλιαὶ* sunt *extorsiones, expressiones, cum torquendo humor exprimitur,* quod figurate de iis dicitur, qui a pauperibus, quæ adhuc habent, extorquent.

ΣΤΡΑΓΓΑΛΙ'Σ proprie notat *nodos in fune difficiles solutu* (*δύσλυτα ἅμματα* interprete Suida), *qui si plures sint, et ordine ab invicem disjuncti globulorum speciem præferunt.* Hinc: *catenula, monile, torques.* נְטִיפוֹת, *myrothecia:* alii rectius *inaures* intellegunt, scil. ex *margaritis* stillarum instar puris et pellucidis. Al. Jud. VIII. 26. *στραγγαλίδων.* Strattis in Phœnissis: *Οὐδὲ σχοινία, οὐδὲ στραγγαλίδες εἰσί,* neque funiculi adsunt neque torques. Vide Pollucem Lib. X. cap. 47. segm. 184. p. 1374. qui e loco illo colligit, quod *στραγγαλίδες* fuerint similes *δεσμῷ, vinculo.*

ΣΤΡΑΓΓΑΛΙΩ'ΔΗΣ, *tortuosus, intortus, intricatus,* metaph. *perversus, dolosus.* עִקֵּשׁ, *perversus.* Proverb. VIII. 8. *οὐδὲν ἐν αὐτοῖς σκολιόν, οὐδὲ στραγγαλιῶδες,* nihil in illis perversum neque tortuosum. Cod. Alex. habet *στραγγαλῶδες.* Codex Parisiensis autem (cujus excerpta dedit J. G. Dahlerus in Annal. Liter. Helmst. 1789. Vol. I. p. 289. seq.) exhibet *στρογγαλῶδες.* Lex. Cyrilli MS. Brem. *στραγγαλιῶδες, διεστραμμένον, στρογγύλον.*

ΣΤΡΑΓΓΑΛΟ'Ω, *strangulo, præfoco.* Tob. II. 3. *ἐστραγγαλωμένος, strangulatus,* seu potius: *interfectus,* nam חָנַק non solum *strangulare,* sed etiam *morte violenta afficere* notat. Cod. Alex. vitiose *ἐστραγαλη-λημένος.* Sic quoque in Episto[la] Africani ad Origenem pag. 221. ubi ad h. l. respicitur, pro *ἀστραγα-λώμενοι* reponendum erit *στραγγαλ[ώ]μενοι.*

ΣΤΡΑΓΓΕΥ'ΟΜΑΙ, (a *στρὰγξ, g[ut]ta*) propr. *guttatim exprimo* (Conf. Schol. ad Aristoph. Nubes v. 131. et metaph. *cunctor, moror, desid[eo],* *segnis sum.* *אֵחַר, Pih. *cunct[or],* *tardo.* Symmach. Hab. II. 3. הִתְמַהְמַהּ Hithp. *cunctor, mor[or].* Judic. XIX. 8. *στρατεύθητι* (leg[e]

a dum στραγγίσθητι), ἕως κλίνῃ ἡ ἡμέρα, *morare*, usquedum inclinet dies. In Codice quodam ibi scriptum esse videtur στραγείσθητι, atque inde depravatum στρατεύθητι. Favet conjecturæ Lex. Cyrilli MS. Brem. in quo ex illo procul dubio loco στραγείσθητι exponitur νωθρεύθητι, διάτριψον. Alias vero etiam apud Grammaticos στρατεύομαι vitiose pro στραγγεύομαι b scriptum occurrit. Vide Suidam in v. στραγγεύω, et Küsteri notas ad eundem. Sic quoque apud Hesych. στρατεύεσθαι, διατρίβειν, ubi legendum est στραγγεύεσθαι. Idem Hesychius; στραγγεύεται, διατρίβει, ubi Schrevelius ad h. l. citat Petavium in Themist. p. 557. Facilis autem est literarum Γ et Τ, si capitali charactere scribantur, permutatio, ut c docuit Salmasius de Fœnore Trapezit. p. 778. Confer. et Valckenær ad Ammonium Lib. II. c. 13. Eodem modo et peccatum est in Scholiis ad Aristophan. Lysistr. v. 17. ubi verbum κυπτάζειν dicitur etiam significare ἐπικύπτειν et στρατεύειν, quæ sana et expedita erunt, si legerimus στραγγεύειν, de quo nihil admonuit Küsterus, qui tamen alias vim d hujus verbi satis intellexit, ut apparet ex iis, quæ observavit ad Suid. T. II. p. 45. Symm. Hab. II. 3. Incertum tamen est, num ibi ad הִתְמַהְמַהּ, aut ad אַחֵר στραγγεύσεται sit referendum. — הִתְרַפָּה, *remisse me gero.* Symm. Prov. XVIII. 9. στραγγευόμενος, *qui segnis est.* Idem Prov. XXIV. 10. στραγγεύεσθαι ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, *fatigari, animum* e *abjicere* tempore calamitoso: ubi legisse videtur הִתְרַפּוּת. Confer Pollucem Lib. IX. cap. 8. segm. 136. p. 1121. et Wesselingii Probab. p. 291.

ΣΤΡΑΓΓΙ'ΖΩ, *guttatim exprimo, effundo,* a στράγξ, *gutta, stilla.* מָצָה, *exprimo.* Levit. I. 15. στραγγιεῖ τὸ αἷμα πρὸς τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου, *effundet* sanguinem ad fundamentum altaris. Vulg. *decurrere faciet.* Aqu. Symm. Theod. Jud. VI. 38. f ἐστράγγισε, *exstillare fecit.* Vulg. *expresso vellere.*

ΣΤΡΑΤΕΙ'Α, *exercitus, militia.* חַיִל, idem. Exod. XIV. 4. 9. 17. 1 Par. XXVIII. 1. — צָבָא, idem. 1 Par. XII. 14. Aqu. Job. VII. 1. et Dan. X. 1. sec. cod. Chis.

ΣΤΡΑ'ΤΕΥΜΑ, idem. גְּדוּד, *turma.* Al. 1 Sam. XXX. 8. et 15. — צָבָא. Symm. Psalm. XLIII. 10. g Vide et 1 Macc. IX. 34. 2 Maccab. V. 24. Στράτευμα πολέμου, *expeditio,* vel *res militaris.* Judith. XI. 8. ubi Holofernes dicitur θαυμαστὸς ἐν στρατεύμασι πολέμου. Syrus simpliciter: *potentissimus in bello.*

ΣΤΡΑΤΕΥ'ΟΜΑΙ, *milito.* הִתְמַהְמַהּ Hithp. *cunctor, moror.* Jud. XIX. 8. ubi tamen pro στρατεύθητι scribendum στραγγεύθητι. Vide supra s. h v. στραγγεύομαι. Bonfrerius ad h. l. statuit, στρατεύεσθαι, quæ pr. vox militaris est, et notat: *ad expeditionem militarem accingi,* hic per metaphoram transferri, ut sit i. q. *instruere se et accingere ad iter.* Symmach. Gen. XIX. 16. ἐστρατεύσατο. Reponendum est ἐστραγγεύσατο *cunctatus* s. *commoratus est.* Eadem observatio valet quoque de loco 2 Sam. i XV. 28. ubi pro στρατεύομαι in cod. Vat. Ald. habet αὐλίζομαι, et Compl. προσδέχομαι. — יָסַף, *addo, adjungo.* Joël. II. 2. ubi tamen Al. pro οὐ στρατευθήσεται rectius οὐ προστεθήσεται. Confer Drusium Quæst. Ebr. Lib. II. Qu. 38. — צָבָא. Ies. XXIX. 7. Aqu. Exod. XXXVIII. 8. στρατευσαμένων, *militantium,* h. e. *assidue* k *ministrantium.*

ΣΤΡΑ'ΤΕΥΣΙΣ, *acies, exercitus.* צָבָא, idem. Symm. Ps. LIX. 12. et CVII. 12. ubi loco ἐν ταῖς στρατεύσεσιν apud Theodoretum in Comment. ad h. l. p. 1380. legitur ἐν τοῖς στρατεύμασιν.

a ΣΤΡΑΤΗΓΕ´Ω, *exercitum duco, imperator* seu *dux exercitus sum*, etiam in universum: *præfecti officio fungor, præfectus sum.* 2 Macc. X. 32. στρατηγοῦντος ἐκεῖ Χαιρέου, præsidente seu, præfecto illis Chærea: ubi στρατηγῶν est nostrum Commandant. 2 Maccab. XIV. 31. ὅτι ὑπὸ ἀνδρὸς ἐστρατήγηται, quod a viro *astutia præventus esset:* ubi Badu-
b ellus: στρατηγεῖν est *callide ac versute hostem circumvenire et fallere;* στρατηγεῖσθαι ὑπό τινος est *arte consilioque militari vinci ab aliquo, ab eoque falli atque eludi.*

ΣΤΡΑΤΗ´ΓΗΜΑ, *stratagema, dolus militaris.* 2 Maccab. XIV. 29. Suidas: στρατήγημα, σόφισμα, ars, qua imperator hostes decipit.

ΣΤΡΑΤΗΓΙ´Α, *præfectura milita-*
c *ris, prætura,* etiam: *peritia exercitum ducendi.* צָבָא, *militia.* 1 Reg. II. 36. Inc. 2 Sam. XX. 23.

ΣΤΡΑΤΗΓΟ´Σ, *dux exercitus, præfectus militum,* it. *alius præfectus, princeps, præses.* אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים plur. *satrapæ, præsides provinciarum.* Esth. III. 12. — מֶלֶךְ, *rex.* Job. XV. 24. — סָגָן in plur. סְגָנִים, *antistes.* Esth. IX. 2. Nehem. II.
d 16. IV. 14. et alibi. Vide Wolfium ad Luc. XXII. 4. pag. 751. et ad Act. IV. 1. p. 1065. — סִגְנַיָּא plur. Chald. Dan. III. 2. 3. 28. VI. 7. — *שַׂר, *princeps.* 1 Sam. XXIX. 3. 1 Par. XI. 6. XXVI. 26. Dan. X. 13. 20. sec. cod. Chis. Inc. 1 Sam. XXIX. 9. 2 Macc. III. 5. Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγὸν, Syriæ et Phœnices *præsidem.* Sic alias
e etiam civiles magistratus στρατηγοὶ dicebantur, quasi duces populi, h. e. στρατοῦ. Vide auctores laudatos Wolfio ad Act. XVI. 20. p. 1243. ac Lexicon N. T. s. h. v.

ΣΤΡΑΤΙΑ´, *exercitus, militia,* i. q. στρατεία. גְּדוּד, *turma.* Symm. Job. XXV. 3. τῶν στρατιῶν: — חַיִל, *exercitus.* Al. Exod. XIV. 17. et 1 Par. XXVIII. 1. — מְלֶכֶת, *regina.* Jer. VII. 17. Sermo ibi est de *regina* f
cœli, per quam non tam *solem* aut *lunam,* quam in universum intellexerunt *corpora cœlestia,* quæ sæpius ἡ στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ dicuntur. — מֶמְשָׁלָה, *dominatio.* 2 Paral. XXXII. 9. — מַסָּע, *profectio, iter.* Num. X. 28. ubi στρατιαὶ de Israëlitis dicitur, qui in agmina distributi iter faciebant. — צָבָה, *exercitus.* Symm. Zach. IX. 8. κωλύων στρατιὰν, impediens exercitum. — צָבָא. g
2 Par. XXXIII. 3. προσεκύνησε πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, adorabat omnia *corpora cœlestia.* Vide et Jer. VIII. 2. XIX. 13. Soph. I. 5. et conf. Act. VII. 42. Suidas: στρατιὰ, τὸ τῶν στρατιωτῶν ὑπὸ ἕνα ἔπαρχον τάγμα. Στρατεία δὲ τὸ ἀξίωμα. Ὅτι δὲ λέγει ἡ γραφὴ περὶ Μανασσῆ, ὅτι ἐλάτρευσε (al., ut vidimus, 2 Par. l. c. legunt προσεκύνησε.) τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς h
ἀστέρας λέγει.

ΣΤΡΑΤΙΩ´ΤΗΣ, *miles.* *חָלָל, *occisus.* 2 Sam. XXIII. 8. sec. Vat. στρατιώτας. Vox Hebr. in Piel *occidere, vulnerare* notat. Arab. حل, *castra metatus fuit, grassatus fuit.* Sec. Giggeum الحلاحل est *vir validus et audax.* Vide Kennicotti Diss. I. p. 89. — *צְבָאוֹת. Symm. Ps. LXVII. 13. ubi mallem στρατιῶν legere pro στρατιωτῶν. 2 Macc. XIV. 39. Hesych. στρατιώτης, ὁ ἐν τῷ στρατῷ ἀριθμούμενος.

*ΣΤΡΑΤΙΩ´ΤΙΣ, 'Η, *fœmina militans.* 4 Macc. XVI. 14. veterana *Dei miles.* Suidas: στρατιῶτις ἀρσενικόν. ἐπὶ δὲ θηλυκοῦ, διὰ τοῦ ι. Similis huic est vox ἡ μεσῖτις, quam in Thesauro Stephani omissam habet Ephraem. Syrus T. III. Opp. p. 163. ubi μετάνοιαν esse dicit τὴν μεσίτιδα Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Eandem

a vocem præbet quoque Heraclid. Pont. p. 448. ed. Gal.

ΣΤΡΑΤΟΚΗ'ΡΥΞ, *præco exercitus*. רִנָּה, *clamor*, seu *præconium*. 1 Reg. XXII. 36.

ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΙ'Α, *castrametatio, ipsa actio castra metandi*. מָלוֹן, *deversorium ad pernoctandum*. Jos. IV. 3. Vide et 2 Macc. XIII. 14.

ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΥ'Ω, *castrametor*
b *seu colloco, castra figo*. חָנָה, idem. Exod. XIII. 20. XIV. 2. — נָסַע, *proficiscor*. Gen. XII. 9. Ex. XIV. 10. Deuter. I. 40. — פָּרַע, *recedo*. Prov. IV. 15. ἐν ᾧ ἂν τόπῳ στρατοπεδεύσωσι: ubi στρατοπεδεύειν commode intellegitur de multitudine sodalium, qui ad audendum se congregarunt. Vide ad h. l. Jaegerum. — שָׁכַן, *habito*. Num. XXIV. 2. Ser-
c mo ibi est de Israëlitis castra metantibus.

ΣΤΡΑΤΟ'ΠΕΔΟΝ, *castra, exercitus*. אֲנָשִׁים plural. *homines*, h. l. *milites*. Jerem. XLI. 12. — גְּדוּד, *turma*. Symm. Job. XXIX. 25. — חַיִל. Jer. XXXIV. 1. — מַעֲרָכָה. Symm. 1 Sam. XXIII. 3. — *עַם, *populus*. LXX sec. Hexapla Jerem. XXXIV. 1. Sic עַם, ut λαὸς apud
d Homerum, de *exercitu* s. *militibus gregariis* sæpius accipitur. Vide et Sap. XII. 8. 2 Maccab. VIII. 13. Suidas: στρατόπεδον ἐποιήσαντο ἀντὶ τοῦ σκηνάς. δύο γὰρ σημαίνει ἡ λέξις, καὶ τὸ στράτευμα, καὶ τὸν τόπον τοῦ στρατεύματος. ἐτυμώτερον δὲ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ τόπου λέγεσθαι, οἷον τοῦ στρατοῦ τὸ πέδον.

ΣΤΡΑΤΟ'Σ, *exercitus, copiæ militares*. 1 Macc. IV. 35. 2 Maccab.
e VIII. 35. Interdum hæc vox subauditur, v. c. Judith. I. 16. post ὁ σύμμικτος, et ib. II. 20. post ὁ ἐπίμικτος. V. L. Bos Ellips. Gr. p. 255. Hesych. στρατὸς, τὸ πλῆθος τῶν πολεμούντων στρατιωτῶν.

ΣΤΡΕ'ΒΛΕΥΜΑ, *tortuositas, perversitas*. עִקְּשׁוּת plur. idem. Symm. Prov. VI. 13. στρεβλεύμασι.

ΣΤΡΕ'ΒΛΗ, *instrumentum ligneum nauticum*, et in plur. στρέβλαι, *tor-* f
tura, tormenta, instrumenta ad torquendum. Sir. XXXIII. 31. οἰκέτῃ κακούργῳ στρέβλαι καὶ βάσανοι, servo malefico *torturæ* et cruciatus. 4 Macc. VII. 4. Hesychius: στρέβλαι ναυτικαί· τὰ ξύλα τῶν νεῶν, ἐν οἷς διασφηνοῦνται γομφούμενα. Ἀττικοὶ δὲ τὰ βασανιστήρια. Pollux Lib. X. c. 5. segm. 187. p. 1379. τῶν δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ σκευῶν καὶ σκύτος καὶ μάστιγες, καὶ τρο- g
χοὶ καὶ πέδαι καὶ στρέβλαι. Inde verbum στρεβλοῦσθαι, *torqueri*. Vide Ælian. V. H. II. 4. VII. 17. XIII. 2. Hesych. στρεβλοῦται, αἰκίζεται, βασανίζεται.

ΣΤΡΕΒΛΟΚΑ'ΡΔΙΟΣ, *perversus corde*. נֶהְפַּךְ part. Niph. *mutatus*. Symm. Theod. Prov. XVII. 21. — עִקְּשֵׁי לֵב. Aqu. Symmach. Theod. Prov. XI. 20. h

ΣΤΡΕΒΛΟ'Σ, *tortuosus, flexuosus, tortus*; metaphorice: *perversus, callidus, versutus*. עִקֵּשׁ. 2 Sam. XXII. 27. Psalm. XVII. 29. Prov. XIX. 1. Inc. Ps. C. 4. — רְמִיָּה, *fallacia*. Ps. LXXVII. 63. — תַּהְפֻּכָה, *perversitas*. Symm. Prov. XXIII. 33. στρεβλά. — תַּהְפֻּכוֹת plur. *perversitates*. Symm. Theod. Prov. VIII. 13. Sir. XXXVI. 22. καρδία στρεβλὴ, i
cor *perversum et fallax* suis dictis et factis perversis et fallacibus dabit occasionem tristandi et dolendi.

ΣΤΡΕΒΛΟ'ΤΗΣ, *perversitas*. עִקְּשׁוּת, idem. Aqu. Theod. Prov. IV. 24. στρεβλότητα. — *תַּהְפֻּכוֹת. Inc. Prov. VI. 14. στρεβλότητος. Ita Montf. Sed Drusius rectius habet στρεβλότητας, quod etiam cum plurali Hebr. vocis magis convenit.

ΣΤΡΕΒΛΟ'Ω, *perverto, torqueo, tormentis crucio*. הִתְפַּל contr. pro הִתְפַּתֵּל Hithp. *distortum me exhi-*

a beo. 2 Sam. XXII. 27. — עִקֵּשׁ Pih. Symm. Prov. X. 10. στρεβλῶν. Inc. Job. IX. 20. ubi στρεβλοῦν non tam *depravare, corrumpere,* quam *depravatum ac perversum declarare et ostendere* notat. Vulg. *pravum me comprobabit.* Vide quoque Hexapla. Præterea legitur apud Aquilam Ies. XIX. 15. pro Hebr. אַגְמוֹן, στρεβλοῦντα, ubi vid. Montf. 3 Macc. b IV. 14. στρεβλωθέντας αἰκίαις τὸ τέλος ἀφανίσαι, *tormentis cruciatos* tandem interficere. Polyb. II. 59. 1. Joseph. B. J. VII. 8. p. 430. ed. Hav. Hes. στρεβλοῦται, βασανίζεται. Idem: στρεβλούμενοι, δεσμούμενοι.

ΣΤΡΕΒΛΩΤΗ'ΡΙΟΝ, *cippus, nervus,* seu, *lignum in carcere, quo captivorum pedes constringebantur.* מַהְפֶּכֶת, *locus perversorum,* i. e. c *mente captorum, carcer, ergastulum.* Symm. Jerem. XX. 2. Hieron. ad h. l. T. V. p. 145. B. ed. Basil. *Pro nervo, quem nos dicimus, LXX et Theod. vertere* cataracten, *Symmachus* βασανιστήριον *sive* στρεβλωτήριον, *quod utrumque tormenta significat.* Si utrumque vocabulum, βασανιστήριον et στρεβλωτήριον, auctorem habet Symmachum, nec (ut equidem d statuere mallem) στρεβλωτήριον ab Hieronymo explicationis causa additum est, βασανιστήριον e priore, στρεβλωτήριον autem e posteriore ejus versione petitum videtur. Adde Joseph. de Maccab. p. 508. 20. ubi per *fidiculas* redditur, de quibus vid. Ant. Gallonii Rom. Lib. de Martyr. Cruciat. c. 3. p. 120. seq.

ΣΤΡΕ'ΜΜΑ, *omne quod tortum* e *est, filum,* q. d. *contortum quid.* פְּתִיל. Jud. XVI. 9. 2 Sam. IV. 2. sec. Compl. ubi reliqui συστρεμμάτων. — *גְּדוּד, *turma, exercitus.* Inc. 1 Sam. XXX. 8. ubi Monfauconio συστρέμματος legendum esse videtur, qua voce reliqui Intt. usi sunt. Sed plane non video, cur non στρέμμα, *filum contortum,* eodem modo metaphorice accipi possit pro *agmine, turma,* quo σύστρεμμα. f Phavorinus: στρέμματα, περὶ πῦρα.

ΣΤΡΕΠΤΗ' ΣΤΕΦΑ'ΝΗ, *coronamentum circumiens, cingens.* זֵר, *limbus.* Exod. XXX. 3. 4. XXXVII. 13. 31.

ΣΤΡΕΠΤΟ'Ν ΚΥΜΑ'ΤΙΟΝ, *cymatium conversum, circumiens.* זֵר, *limbus.* Exod. XXV. 11. 24. 25. XXXVII. 2. 11. 12. Dicitur alias στρεπτὴ στεφάνη. Josepho redditur g ἕλιξ, quod est ab ἑλίσσω, *circumago, circumvolvo.*

ΣΤΡΕΠΤΑ', sc. κυμάτια, *cymatia circumeuntia.* גֻּלָּה, *orbis.* 1 Reg. VII. 40. 41.

ΣΤΡΕΠΤΑ', sc. κράσπεδα, *limbi circumeuntes.* גְּדִלִים plur. *funiculi, institæ.* Deut. XXII. 12.

ΣΤΡΕΠΤΟ'Σ, *versatilis, qui circumagitur, tortus, tortilis.* Addit. h Esth. XIV. 2. ἔπλησε στρεπτῶν τριχῶν αὐτῆς, implevit tortilibus suis crinibus, cincinnis nimirum, quos sibi evulserat, ut bene Grotius. Vulg. habet: *crinium laceratione.*

ΣΤΡΕΠΤΟ'Σ, sc. κύκλος, *torques, monile.* פְּתִיל, *filum contortum, funiculus.* Aqu. Gen. XXXVIII. 18. καὶ τὸν στρεπτόν σου. Respexit ad originem vocabuli a פָּתַל, *torsit.* i Symm. στρεπτὸν, ἐγχειρίδιον. Fischerus in Clavi Verss. GG. p. 77. στρεπτὸν delendum, ejusque loco περιτραχήλιον, coll. v. 25., reponendum censet. Scharfenbergius στρεπτὸν ἐγχειρίδιον junctim explicanda esse putat *torquem manualem,* h. e. *armillam,* ut vertit Vulg. Int. — תּוֹר, *torques collum circumiens.* Quint. Ed. Cant. I. 12. στρεπτοῦ χρυσίου. k Reponendum est στρεπτὸν χρυσίου. Vide Bochart Hieroz. P. II. Lib. I. c. 9. p. 57. Suidas: στρεπτὸς, περιδέῤῥαιος κόσμος. Idem hæc verba ex auctore antiquo subjungit: Ὁ δὲ λαμβανόμενος τῇ λαιᾷ τοῦ στρεπτοῦ, ὃν δὴ χρυσοῦν ἔφερεν ἀμφὶ τῇ δέρῃ. Glossæ: *Torques,* στρεπτοί. Sic et Bo-

a chartus l. c. observat, quod στρεπτὸς vel στρεπτὸν ab Herodoto, Xenophonte, Plutarcho aliisque passim usurpetur. Κύκλος autem in στρεπτὸς subaudiendum esse patet ex Diodoro Sic. Lib. V. p. 222. ubi de incolis insulæ Panchaiæ: περὶ μὲν τοὺς τραχήλους ἔχοντες στρεπτοὺς κύκλους, περὶ δὲ τὰς χεῖρας ψέλλια. Plura de hac voce vide apud Schef-
b ferum de Antiq. Torqu. §. 1. p. 5. seq.

ΣΤΡΕ'ΦΩ, *verto, converto.* גְּלִילִים plur. ex גָּלִיל, *versatilis.* 1 Reg. VI. 33. — הָפַךְ, *verto.* Exod. VII. 15. Jos. VIII. 20. Ps. XXIX. 14. et alibi sæpius. Psalm. LXXVII. 12. ἐστράφησαν ἐν ἡμέρᾳ πολέμου, h. e. *in fugam versi sunt, hosti terga dederunt.* Conf. Homer. Il. Ε', 40. Μ',
c 428. Aqu. Theod. Quint. Psalm. XXXI. 4. — הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio.* Ies. XXXVIII. 8. — הִתְגֹּרֵר Hithp. a גּוּר, *commoror.* Al. Jerem. XXX. 19. — הִתְהַפֵּךְ Hithp. *verto me.* Al. Jud. VII. 13. — נָשָׂא, *elevo.* Job. XLI. 14. — סָבַב : הֵסֵב, Kal et Hiph. 1 Reg. II. 15. Ps. CXIII. 3. Prov. XXVI. 14. — פָּנָה : הִפְנָה, Kal et Hiph.
d 1 Sam. XIV. 48. Jerem. XLVIII. 39.

ΣΤΡΗ͂ΝΟΣ, *insolentia, superbia, asperitas, luxus,* a στρηνὴς, *asper.* שַׁאֲנָן, *tumultuatio.* 2 Reg. XIX. 28. τὸ στρῆνός σου ἀνέβη ἐν τοῖς ὠσί μου, *insolentia* tua ascendit in aures meas. Inde verbum στρηνιᾷν, quod Hesychio in v. στρηνιῶντες exponitur: διὰ πλοῦτον ὑβρίζειν.

e *ΣΤΡΗ͂ΞΙΝ. Inc. sec. cod. Coislin. et Lips. Paul. in margine Lev. XXVI. 9. ad Hebr. בְּרִיתִי, *fœdus meum.* Bahrdtius conjicit τρῆξιν a τρήσσω, *transeo,* aut πρίξιν a πρίζω, *seco,* ut auctor hujus versionis, Aquila fortasse, etymologiam vocis respexerit. Sed τρῆξις est vocabulum poëticum, et pro πρίξιν secundum analogiam linguæ Græcæ πρίσιν ponendum esset. Ernestio hæc f
vox videtur inepto loco posita esse ac ad v. 11. pertinere, ubi pro τὴν διαθήκην in Cod. Vat. legitur σκηνὴν, ut adeo σκηνὴν vera lectio videatur. Mihi autem magis arridet emendatio Scharfenbergii, qui legere mavult στηρίξω, sc. τὴν διαθήκην, ut adeo referendum sit ad הֲקִימוֹתִי, quod LXX per στήσω expresserunt. Hesych. στηρίξαι, στῆσαι. g

ΣΤΡΙ'ΦΝΟΣ, *caro nervosa,* speciatim *boum.* חִיל. Job. XX. 18. ὥσπερ στρίφνος ἀμάσητος, ἀκατάποτος, tanquam nervosa caro, quæ nec mandi nec deglutiri potest. Origenes ad h. l. στρίφνος δ' ἐστὶ τὸ νευρῶδες κρέας τῶν βοῶν, ἔτι δὲ καὶ βοτάνη τις οὕτω καλουμένη, ἐκτραχῦναι δυναμένη τὴν γλῶσσαν τοῦ διαμασσωμένου, ἄβρωτος, ἀκατάποτος διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ h
ἀμάσητος. Verba Origenis ex parte sua fecit Suidas s. h. v.

ΣΤΡΟΒΕ'Ω, *circumago, verso, turbo, exagito, vexo, perterrefacio.* בִּעֵת Pih. *terreo.* Job. XV. 23. ἡμέρα δὲ σκοτεινὴ αὐτὸν στροβήσει, dies autem tenebricosa illum *perterrefaciet.* Vide et Job. XIII. 11. XXXIII. 7. Lex. Cyrilli MS. Brem. στροβήσει, πτοήσει, θορυβήσει. Suidas: στροβεῖ, ταράττει, κινεῖ, περιφοβεῖ, καταπονεῖ. i
Hesych. στροβῆσαι, συστρέψαι, ἐκφοβῆσαι.

ΣΤΡΟΓΓΥ'ΛΟΣ, *rotundus.* עָגוֹל *volubilis,* vel *in rotundum convolutus et inflexus, rotundus.* 1 Reg. VII. 22. (Vide Lexicon Philolog. Martinii in *strongylus.*) 2 Paral. IV. 2. — *עֵגֶל, *vitulus.* Aqu. Ezech. I. 7. Legit sine dubio עָגֹל.

*ΣΤΡΟΓΓΥΛΟ'Ω, *rotundo, rotundum efficio,* etiam *rotunditatem habeo.* עָגוֹל, *rotundus.* 1 Reg. VII. 31. τὸ στόμα αὐτοῦ στρογγυλοῦν. Adde Etymol. M. 404. 44.

a ΣΤΡΟΓΓΥ'ΛΩΜΑ, *coagmentum rotundum, orbis.* כָּבִיר, *pulvinar.* Aqu. 1 Sam. XIX. 13. 16. στρογγύλωμα τριχῶν, pilorum nempe caprinorum *rotunda congeries.* Sic etiam legitur in ed. Compl. ubi duæ versiones coaluerunt.

ΣΤΡΟΓΓΥ'ΛΩΣΙΣ, *rotundatio.* מַעְגָּל, *plaustrorum ambitus,* seu: *vallum ex curribus* s. *propugnaculum*
b *consertis curribus exstructum.* Reddidit ita ob rotunditatem, quam ejusmodi vallum habet. Vide Drusium ad h. l. 1 Sam. XVII. 20. Aqu. et Symm. 1 Sam. XXVI. 7. Confer Drusium in Fragm. Vett. Intt. Gr. p. 250.

ΣΤΡΟΥΘΙ'ΖΩ, *strido instar passerum, qui ore hiante et stridente escam petunt a matre.* צִפְצֵף Pih.
c *pipio.* Theod. et LXX Ies. X. 14. στρουθίζων. Suidas: στρουθίζων, τρίζων. Vide Bocharti Hieroz. P. II. p. 222.

ΣΤΡΟΥΘΙΟΚΑ'ΜΗΛΟΣ, *struthio.* בְּנוֹת יַעֲנָה, *filiæ struthionis.* Al. Ies. XIII. 21. Syrus sec. Theodoretum Jerem. L. 39.

ΣΤΡΟΥΘΙ'ΟΝ, *passer, passerculus,* item *struthio.* בַּת יַעֲנָה, *filia*
ΤΑ'ΛΑΝΤΟΝ, *talentum.* כִּכָּר, *plane rotundum aliquid,* speciatim: *talentum, mensuræ genus rotundum.* Conf. Simonis Lex. Hebr. p. 792. seq. Exod. XXV. 39. Esth. III. 9. Zach. V. 7. et alibi sæpius. 3 Esdr. III. 22. διὰ ταλάντων λαλεῖν, h. e. *omnia libere loqui, quidquid in buccam venit.* Sermo ibi est de vino, quod largius sumtum διὰ ταλάντων ποιεῖ λαλεῖν, *efficit nimiam loquacitatem.* Ideo autem usus esse hac formula videtur, quia τάλαντον, teste Suida, τὸ μέγιστον χρυσίου καὶ ἀργυρίου μέρος notat. 3 Esdr. VIII. 20. Chald. כִּכַּר, coll. Esdr. VII. 22. Lex. Cyrilli MS. Brem. τάλαντον, ζυγὸν, ὁλκὴν, σταθμόν. Etymol. ineditum: τάλαντον σημαίνει δ', τὸ ζύγιον, τὸν σταθμὸν, τὸ βάρος, καὶ τὸ χάρισμα. Hesych. τάλαντον, λίτραι ἑκατὸν εἴκοσι πέντε κατὰ τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον. Conf. Ed. Bernardum de Mens. et Pond. Lib. II. p. 189.

ΤΑ'ΛΑΣ, *miser.* הוֹי, *væ.* Ies. VI. 5. ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι, O me miserum, quia vox faucibus hæret. Similiter nuncius apud Euripid. in Phœniss. v. 1345. Ὦ τάλας ἐγὼ, τίν' εἴπω μῦθον, ἢ τίνα λόγον; Sap. XV. 14. τάλανες ὑπὲρ ψυχὴν νηπίου, *miseriores* anima infantis. 4 Macc. XII. 4. Hesych. τάλας, ἄθλιος, ταλαίπωρος.

ΤΑΜΕΙ'ΟΝ et ΤΑΜΙΕΙ'ΟΝ, *promptuarium, conclave, cubiculum.* אָסָם, *horreum.* Deut. XXVIII. 8. Prov. III. 10. — חֶדֶר et חֲדַר, quæ constr. et in plur. coincidunt. Gen. XLIII. 30. Exod. VIII. 3. (Distinguitur ibi tanquam pars cubiculi interior et secretior, ubi ranæ dicuntur intraturæ εἰς τὰ ταμιεῖα τῶν κοιτώνων.) Deut. XXXII. 25. et alibi sæpius. Hesych. et Lex. Cyrilli MS. Brem: ταμιεῖον, κοιτῶνα. Prov. VII. 27. ubi τὰ ταμιεῖα τοῦ θανάτου eleganter cum Hesychio interpreteris κοιτῶνας ἢ θαλάμους θανάτου: hæc enim Salomo opponit κοίταις meretricis. Jud. XV. 1. est *cubiculum conjugale.* Al. Job. IX. 9. ταμιεῖα νότου, *penetralia austri.* Hesych. ταμιεῖα, ἀπόκρυφα οἰκήματα. Confer Fulleri Miscell. Sacr. L. I. c. 16. p. 98. et notata in v. Ταμίας. — חוּר pro חוֹר, *foramen.* Ies. XLII. 22. Forsan legerunt חֶדֶר. — מְזָוִים plur. *promptuaria, penuaria.* Psalm. CXLIII. 15. Vide et Tob. VII. 17. Hesychius (post v. Ταμίην): ταμεῖον, θάλαμος. Lex. vet. ταμεῖον τὸ ἰδιωτικὸν, *cellarium, cella proma, penuarium, penum, promptuarium.*

ΤΑΜΙ'ΑΣ, *promus condus, dispensator eorum, quæ condenda et promenda sunt,* etiam *ærarii præfectus.* אֲשֶׁר עַל הַבָּיִת, *qui super domum.* Ies. XXII. 15. πορεύου εἰς τὸ παστοφόριον πρὸς Σομνᾶν τὸν ταμίαν, abi in gazophylacium ad Somnam, *præfectum* ejus. Hesych. ταμίας, φύλαξ χρημάτων, προστάτης, δεσπότης, οἰκονόμος, διοικητής. — חֶדֶר, *cubiculum, conclave.* Job. IX. 9. ubi tamen alii pro ταμίαν rectius ταμιεῖα habent: quemadmodum et apud Hesychium in v. Ὠρίων ita legitur. Conf. L. Bos. Proleg. in LXX Intt. c. 3.

ΤΑΜΙΕΥ'ΟΜΑΙ, *promus condus seu cellarius sum, abscondo, recondo, dispenso.* שָׁבַח Pih. *reprimo.* Prov. XXIX. 11. σοφὸς δὲ ταμιεύεται κατὰ μέρος, sapiens autem ex parte recondit, h. e. non effundit, sed ex parte recondit animum suum, et hac ratione est quasi bonus œconomus mentis suæ. In notione *asservandi* legitur 4 Macc. XII. 11. Suidas: Ταμιεύεται, διοικεῖται, ἀποκρύπτει, φυλάττει. Ita et Lex. Cyrilli MS. Brem. nisi quod pro Ταμιεύεται vitiose in illo scriptum sit Ταμιεύται.

ΤΑΝΥ'Ω, *tendo, extendo, distendo,*

a *expando.* נָטָה, idem. Job. IX. 8. ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος, qui *expandit* cœlum solus. Hesych. τανύσας, ἁπλώσας, ἐκτείνας, κρεμάσας. Confer quoque Sir. XLIII. 14. χεῖρες ὑψίστου ἐτάνυσαν (al. ἐτάννυσαν) αὐτό. Lege αὐτὸν e cod. Alex., sc. τὸν οὐρανόν.

ΤΑ'ΞΙΣ, *ordo, ratio, modus, mensura, finis, terminus, fundus,* it. *exercitus.* דִּבְרָתִי pro דִּבְרָה, *ductus,*
b *ratio.* (י est paragogicum vel potius poëticum.) Ps. CIX. 5. κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, juxta *ordinem* aut *locum* Melchisedeci. Ita Callimachus Hymn. in Jov. v. 79. 80. —— Ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων θειότερον, τῷ καὶ σφὶ τεὴν ἐκρίναο τάξιν. Vide Hist. Crit. Reip. Literar. T. III. p. 160. et Wolfium ad Hebr. V. 6. p. 651. ac Lexicon N. T. s. h. v. — זְבוּלָה,
c *habitaculum.* Hab. III. 10. ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτοῦ, sol et luna in *statione* sua subsistunt. Non male. — מַחֲנֶה, *castra.* Num. I. 52. ἀνὴρ ἐν τῇ ἑαυτοῦ τάξει, unusquisque in *ordine* suo. — מְסִלָּה, *via trita.* Jud. V. 20. ἐκ τῆς τάξεως αὐτῶν παρετάξαντο μετὰ Σισάρα, *ex ordine* suo pugnabant cum Sisera. Hic quoque, ut Hab. III. 10., τά-
d ξεως vocabulo usi sunt, quia de *stellis* sermo est. Suidas: Τάξις. ἡ τάξις διττή ἐστιν, ἡ μὲν ἐν τῷ στρατηγῷ, ἡ δὲ ἐν τοῖς στρατιώταις. καὶ ἐκ τῆς ἐν τῷ στρατηγῷ τάξεως γίνεται ἡ ἐν τοῖς στρατιώταις. — מָקוֹם, *locus.* Job. XXXVIII. 12. ἑωσφόρος δὲ εἶδεν τὴν ἑαυτοῦ τάξιν: ubi τάξις *locum cœli certum et constitutum* notat, *unde progredi debet aurora.* — עֵרֶךְ, *dis-*
e *positio, instructio.* Aquila Job. XXVIII. 13. ubi τάξις vel *locum certum* notat, *ubi aliquis est et versatur,* seu *ordinem,* vel *pretium certum et constitutum,* quam notionem quoque vox Hebraica habet, teste Simonis Lex. Hebr. p. 1249. ab עָרַךְ, *dispono* atque *struo.* Aqu. Symm. Job. XLI. 3. — פֹּעַל, *opus.* Al. Job. XXIV. 5. ἐξελθόντες (supple εἰς) τὴν ἑαυτῶν τάξιν, ubi τάξις *opus alicui decretum et constitutum* notat. Male Montfauconius transtulit: *egressi sunt ipsorum ordinem.* — קֵץ, *finis.* Job. XVI. 3. XXVIII. 3. τάξιν. Eandem vocem habent quoque Tetrapla ibid. pro eodem. Male Montf. eam *ordinem* transtulit. Quemadmodum enim τάσσειν *constituere, definire* notat, ita τάξις omne significat, *quod est certum ac definitum,* adeoque etiam *id, quod certos fines* ac *limites habet,* ut adeo bene respondeat Hebr. קֵץ. — שִׁית, *ornatus.* Symm. Prov. VII. 10. ubi τάξις notat *rationem se gerendi ac vestiendi.* — תּוֹרָה, *lex, doctrina.* Prov. XXXI. 26. τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ. Suspicor legendum ἐνετείλατο. Τάξις autem h. l. notat *ordinem in rebus gerendis.* תּוֹרָה autem, derivatum a תּוֹר, *ordinem* notat. 2 Sam. VII. 19. quanquam τάξις quoque cum תּוֹרָה, *lex,* a יָרָה deducto, bene conciliari potest. Vide supra s. στέλλομαι. — תָּא, *excubitorium.* Al. 2 Par. XII. 11. τάξιν. Præterea legitur apud Inc. Job. XXXVI. 28. ubi τάξις κοίτης est *tempus coitus,* quibus verbis nihil respondet in textu Hebraico. 2 Macc. I. 19. ἐν κοιλώματι φρέατος τάξιν ἔχοντος ἄνυδρον, in cavitate putei, *fundum* habentis siccum. Loco τάξιν auctorem dedisse auguror πῆξιν, quod et πάγος, πηγὰς, πηγετὸς, item Alciphroni I. 23. p. 96. πηγυλὶς dicitur. Conjecturam hanc firmant sequentia v. 20. et 21. Alii legere malunt βάσιν ἄνυδρον. 2 Macc. IX. 18. ἐπιστολὴν ἱκετηρίας τάξιν ἔχουσαν, *epistolam in modum supplicationis conscriptam,* seu *literas supplices.* Conf. Wolfium ad Hebr. V. 6. p. 651. 2 Macc. X. 37. εἰσδεξάμενοι δὲ τὴν λοιπὴν τάξιν, recipientes autem reliquam *cohor-*

a tem. 2 Macc. XIII. 21. ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς τάξεως, ex Judaico exercitu. 3 Esdr. I. 15. οἱ ἱεροψάλται ἦσαν ἐπὶ τῆς τάξεως αὐτῶν, erant suo loco, quo esse debebant, vel in officio suo versabantur, s. partes suas agebant. Hebr. עַל־מַעֲמָדָם, super statione sua, coll. 2 Paral. XXXV. 15. 3 Esdr. I. 6. ἐν τάξει θύσετε τὸ πάσχα, ex mandato s. ordine mactate ag-
b num paschalem.

ΤΑΠΕΙΝΟ'Σ, *humilis, tenuis, pauper, modestus.* אֶבְיוֹן, *afflictus.* Ies. XXXII. 7. — אָבֵל, *lugens.* Job. XXIX. 25. — אִישׁ, *vir.* Proverb. XVI. 5. Ita Bielius ac Trommius. Sed l. l. אִישׁ nequidem legitur, et auctor hujus versionis τοῦ ταπεινοῦ perperam de suo addidit. — מְזִיחַ אֲפִיקִים, *cingulum fortium.* Job.
c XII. 21. Sine dubio a פּוּק, *titubare, vacillare,* derivarunt. Vulg. *qui oppressi fuerant.* Böysenius ad h. l. cum Kromayero מְזִיחַ deducit a זאח, *tyrannidem exercere.* — דַּךְ, *attritus.* Ps. IX. 42. — דַּכָּא, idem. Psalm. XXXIII. 18. — דַּל, *tenuis.* Ies. XI. 4. XXV. 4. Soph. III. 13. — עָמֹק, *profundus.* Levit. XIII. 3. 4. 25. — עָנָו, *mansuetus.* Prov. III.
d 34. Ies. XI. 4. Soph. II. 3. — *עֲנָוָה, *humilitas animi, depressio, mansuetudo.* Inc. Proverb. XV. 33. προπορεύεται ταῖς ταπεινοῖς δόξα. Locum habere potest hæc versio, inprimis si conferantur loca similia: Prov. XXIV. 34. ἥξει προπορευομένη ἡ πενία σου, Psalm. LXXXIV. 14. δικαιοσύνη ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται, et Ies. LVIII. 8. ut adeo non opus sit e
e conjectura, quæ aliquando mea fuit, legere: προπορεύεται ταπεινότης aut ταπείνωσις τῇ δόξῃ. — עָנִי, *afflictus, pauper.* Ps. XVII. 30. Ies. XIV. 32. Amos II. 7. et alibi. — עַרְעָר, *nudatissimus,* h. e. *omni ope destitutus.* Ps. CI. 18. Vide tamen ad h. l. Dathium. — צְנוּעִים plur. *modesti.* Prov. XI. 2. — רָשׁ, *pauper.* 1 Sam. XVIII. 23. ἀνὴρ ταπεινὸς, vir pauper. Conf. Jac. I. 9. — f
רֶשַׁע, *improbitas.* Ies. LVIII. 4. Forte legerunt רָשׁ. — שָׁפָל, *humilis.* Lev. XIII. 21. Job. V. 11. Ps. CXXXVII. 7. Aqu. Symm. 2 Sam. VI. 22. — שָׁפֵל verb. *humilior.* Ies. II. 11. — שֵׁפֶל, *humiliatio.* Cohel. X. 6. πλούσιοι ἐν ταπεινῷ καθίσονται. — *שְׁפֵלָה *locus humilis, planities.* Jos. XI. 16. τὰ ταπεινὰ, ubi alii τὰ πεδινά. — *שָׁתוֹת plur. *retia.* Theod. Ies. g
XIX. 10. τὰ ταπεινά. Deduxit a שׁוּת, *ponere,* unde שָׁתוֹת, *fundamenta.* Ps. XI. 3. — תַּחְתִּי, *inferior.* Jud. I. 15. Sir. XXV. 25. καρδία ταπεινὴ, *cor afflictum,* sc. creat. Ib. XXIX. 11. ταπεινὸς, *pauper probus* s. *vere pauper.* Judith. XVI. 3. pro ταπεινοί μου legendum arbitror ταπεινοί σου, h. e. humiliati seu dejecti a te, ut ad Deum referatur. Eadem h
medela afferenda quoque est verbis sequentibus οἱ ἀσθενοῦντές μου. Lege σου, hoc sensu: *a te ad desperationem adducti.* Vide supra s. v. ἀσθενέω. Certe aliter hic locus explicari nequit. Esth. I. 11. pro ταπεινοὶ in Vet. Arundel. vitiose legitur ποταμοί.

ΤΑΠΕΙΝΟ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *pauper sum, destitutus sum.* מוּךְ, *tenuis sum, ad* i
pauperiem redactus, attenuatus sum. Lev. XXVII. 8. ἐὰν δὲ ταπεινὸς ᾖ τῇ τιμῇ αὐτοῦ, si autem pretio ejus *destitutus sit.* Sic Euripides Andromach. v. 979. ἐγὼ ταπεινὸς ὢν τύχαις ταῖς οἴκοθεν, ego, qui *destituor* fortunis domesticis.

*ΤΑΠΕΙΝΟ'Σ ΤΕ'ΛΕΙΟΣ. מִכְתָּם. Aqu. Ps. LVI. 1. Legit divisim

a מָךְ תָּם, a מוּךְ vel מָכַךְ, *attenuari,*
inopem fieri, et תָּם, *perfectus.* Vi-
de infra s. v. ταπεινόφρων.

ΤΑΠΕΙΝΟ΄ΤΕΡΟΣ compar. *humi-
lior.* דַּל, *tenuis.* Theodot. et LXX
Jud. VI. 15. ἡ χιλιάς μου ταπεινοτέρα
ἐν Μανασσῇ: ubi vox vel de *exiguis
numero,* vel de *iis, qui sunt in humili
ac misera conditione,* accipi potest.
— שָׁפָל, seq. מִן. Levit. XIII. 20.
b XIV. 37. — *תַּחְתִּית, *pars inferior.*
Symm. sec. Procop. Cat. Nic. p.
123. Jud. I. 15.

ΤΑΠΕΙΝΟ΄ΤΗΣ, *humilitas.* Sir.
XIII. 22. βδέλυγμα ὑπερηφάνῳ ταπει-
νότης, abominatio superbo est *humi-
liari,* aut *in conditione humili esse.*

ΤΑΠΕΙΝΟΦΡΟΝΕ΄Ω, *humiliter
sentio.* שִׁוָּה Pih. *dispono, æquo.* Ps.
CXXX. 3. εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν. Sc.
c superbi infra se ponunt ac æsti-
mant omnes alios, neque cum ali-
quo facile se componunt ac æquant.
Nisi forte verosimilius videatur,
eos legisse שחותי.

ΤΑΠΕΙΝΟ΄ΦΡΩΝ, *humili mente
præditus, qui humiliter de se sentit.*
שְׁפַל רוּחַ, *humilis spiritu.* Proverb.
XXIX. 23.

*ΤΑΠΕΙΝΟ΄ΦΡΩΝ ΚΑΙ` ἌΜΩ-
d ΜΟΣ. מִכְתָּם, *ode aureola,* h. e.
prorsus egregia. Symm. Ps. XVI.
1. Legit divisim מָךְ וְתָם. Idem
Ps. LV. 1. Vide supra s. ταπεινὸς
τέλειος.

*ΤΑΠΕΙΝΟ΄ΦΡΩΝ ΚΑΙ` ἉΠ-
ΛΟΥ͂Σ. מִכְתָּם. Aqu. Ps. XVI.
1. Vide antecedentem articulum.

ΤΑΠΕΙΝΟ΄Ω, *humilio, deprimo,
demitto, submitto, dejicio, contristor,*
e *affligo,* it. *comprimo, stupro,* et pass.
Ταπεινόομαι, οῦμαι, *ad inopiam redi-
gor, inopia laboro.* אֵימָה, *terror.*
Ps. LXXXVII. 16. ἐταπεινώθην, ubi
pro אֵמֶיךָ, *terrores tuos,* legerunt
אָמִיךְ a מוּךְ, quod notat *deprimi,*
vel אָמַךְ fut. Niph. a rad. מָכַךְ. —
אָנָה, *mæstus sum.* Ies. III. 24. ubi
Cappellus statuit eos confudisse
אָנוּ, *mærebunt,* cum עָנוּ, *humilia-
buntur,* ob soni affinitatem. Cæte- f
rum e Theodoreto reponendum est
τεταπεινωμένον καὶ τεταπεινωμένην. —
אֲנִיָּה, *mæstitia.* Thren. II. 5. τα-
πεινούμενα: ubi male nonnulli sta-
tuunt eos derivasse quasi ab עָנָה,
non vero ab אָנָה, *lugere.* — *בָּךְ,
in te. Οἱ λοιποὶ Jer. XVII. 4. ταπει-
νωθήσεται aut, ut rectius legitur, τα-
πεινωθήσῃ. Legerunt aut דַּךְ aut מַךְ.
— בָּלַע, *absorbeo.* Al. Ies. XIX. 19. g
ταπεινοῦντες. — בְּלָא Chald. Pah. *de-
tero.* Al. Dan. VII. 27. ταπεινῶσαι.—
בָּנָה, *ædifico.* Job. XXII. 23. Per-
mutasse hic videntur בָּנָה et בָּנַע.
—דּוּמִיָּה, *silentium.* Ps. XXXVIII.
3. Deduxerunt fortasse a דָּמַם,
Arab. دمّ, cui Schultensius in Clav.
Dial. p. 255. *complanandi* notionem
tribuit. — דַּךְ, *attritus, contritus.*
Psalm. LXXIII. 22. — דִּכָּא Pih. h
contero. Job. XXXIV. 25. Psalm.
LXXI. 4. Thren. III. 33. Symm.
Job. V. 4. Vox דִּכָּא æque ac דָּכָה
utramque notionem habet *conterendi*
ac *confringendi,* et *humiliandi.* Quæ
enim confringuntur, etiam imminu-
endo humilia redduntur. Aqu. et
Theod. Ies. XIX. 10. — דָּכָה in
Kal, Niph. et Pih. Psalm. X. 33.
XXXVII. 8. L. 9. 18. — דָּלַל, *at-* i
tenuor. Psalm. CXIV. 6. CXLI. 8.
— הוּגָה Hoph. a יָגָה, *mærore af-
ficio.* Thren. I. 6. κύριος ἐταπείνωσεν
αὐτὴν ἐπὶ τὸ πλῆθος, Dominus magno
mærore illam *affecit.* Vide et v. 13.
ac cap. III. v. 31. et 32. ac confer
2 Cor. XII. 21. et ad h. l. Raphe-

lium in Annotatt. ex Polybio p. 505. Houbigantius perperam statuit, LXX et Syrum Thren. I. l. legisse הוֹרִיד a הוּגָה—יָגָה Hiph. a יָרַד, *descendere facio*. Al. 2 Sam. XXII. 48. — הֵזִיל Hiph. a זָלַל, *vilipendo*. Thren. I. 9. ubi ταπεινοῦν opponitur τῷ δοξάζειν. Vide quoque infra s. נִמְבָּזֶה. — הִכְנִיעַ : נִכְנַע, Hiph. et Niph. Jud. IV. 23. XI. 33. ubi ταπεινοῦσθαι notat *ad incitas redigi*. 1 Sam. VII. 13. et alibi sæpius. — *הִשְׁחִית, *corrumpo, perdo, interficio*. 1 Sam. XXVI. 9. sec. Vat. — הִתְרוֹשֵׁשׁ, Hithp. a רוּשׁ, *pauperem me fingo*. Prov. XIII. 7. Conf. Phil. II. 8. — חָבַל, *pignus accipio*. Job. XXIV. 9. ἐταπείνωσαν, *ad majorem paupertatem redegerunt*. Libere transtulerunt. Conf. Prov. XIII. 13. ac infra s. v. מוּךְ. — חִלֵּל Pih. *profano*. Al. Ezech. XXVIII. 7. — חָקַר, *pervestigo*. Jer. XXXI. 35. Pro lubitu hic transtulerunt. — כָּרַע, *incurvo me*. Job. XXXI. 10. — מוּךְ, *attenuor*. Levit. XXV. 39. ἐὰν δὲ ταπεινωθῇ ὁ ἀδελφός σου παρὰ σοι, si autem ad *inopiam redigatur* frater tuus apud te. Confer Sirac. XIII. 11. Ita ταπεινοῦσθαι notat *inopem esse* Phil. IV. 12. Confer quæ in h. v. post Hebr. עָנָה notata sunt ex Ies. LVIII. 10. Raphelii Annotatt. ad h. l. ex Arriano p. 567. ac Lexicon N. T. s. h. v. — מָכַךְ, idem. Psalm. CV. 41. Cohel. X. 18. — *מָסַס. Inc. Psalm. XXXVIII. 12. ubi ταπεινοῦν in universum *consumere, perdere* notat. — נִכְאָה Niph. *atteror*. Dan. XI. 30. Symm. Prov. XVII. 22. ubi πνεῦμα τεταπεινωμένον est *animus tristis*. — נִמְבָּזֶה, *contemtibilis, vilis*. Aqu. 1 Sam. XV. 9. τεταπεινωμένον. Vide quoque supra s. הֵזִיל. — נָפַל, *cado*. Esth. VI. 13. — עִוָּה, *Iva*, nomen proprium. Symmach. 2 Reg. XVIII. 34. ἐταπείνωσεν. Legit עָנָה. Vide ad h. l. Montfauconium. — עַיִן, *oculus*. Ies. III. 7. Legerunt עִנּוּי, quasi esset præter. Pih. ab עָנָה, *humiliare*. — עָנָה f in Kal, Niph. Pih. Pyh. et Hithp. Gen. XVI. 9. ταπεινώθητι ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῆς, *submitte* te sub manus ejus. Gen. XXXI. 50. εἰ ταπεινώσεις τὰς θυγατέρας μου, si filias meas *durius tractaveris*. Genes. XXXIV. 2. ἐταπείνωσεν αὐτήν, *comprimebat* illam, seu *stuprabat* illam. Est enim in eo summa contumelia. Deut. XXII. 24. ἐταπείνωσε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον g αὐτοῦ, *compressit* uxorem proximi sui. Vide et Jud. XIX. 24. XX. 5. 2 Sam. XIII. 12. 14. Ezech. XXII. 10. 11. Levit. XVI. 29. ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν, *affligetis* animas vestras. Vide et v. 31. et Lev. XXIII. 29. 32. Lev. XIII. 27. ταπεινώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν: ubi Inc. habet νηστεύσατε. Vide ad h. l. Theodoretum p. 210. ed. Hal. Ies. h LVIII. 10. ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς, animam *inopia laborantem* implebis. Hos. V. 5. Legerunt cum Syro et Jonath. עָנָה. Hos. XIV. 9. (ubi עָנָה *respondere, exaudire* notat.) Legerunt cum Syro עֲנִיתִי. Mal. II. 12. Legerunt עֹנֵה aut וְעָנָה loco יַעֲנֶה. — עָנִי, *afflictus*. Ies. LI. 21. — עֲנָוָה, *humilitas*. Prov. XVIII. 12. ταπεινοῦ- i ται. Ita transtulerunt ob antecedens יִגְבַּהּ. — עָצַב, *dolore afficio*. 1 Par. IV. 10. τοῦ μὴ ταπεινῶσαί με, ne *affligat* me. — עֹשֶׂה כַף רְמִיָּה, *facio manu doli*, h. e. *dolosa*. Prov. X. 4. πενία ἄνδρα ταπεινοῖ, inopia animum hominis *frangit*. Sensum expresserunt. Sc. רְמִיָּה h. l. non male in notione *remissionis, ignaviæ* acceperunt, hoc sensu: *paupertas*

a *homines animi demissi adeoque ignavos reddit.* Arrianus Diss. Epictet. Lib. III. c. 26. p. 351. de Ulysse, cum naufragus ejectus esset: μήτι ἐταπείνωσεν αὐτὸν ἡ ἀπορία; num egestas *animum* ejus *fregit?* Sic et nos voce niederschlagen, *to be cast down*, uti solemus. — פָּרַשׂ, *expando.* Ies. XXV. 11. Sed veram lectionem h. l. nobis servavit margo
b textus Procopiani, in quo ἐξαπλώσει et ἀναπλώσει loco ταπεινώσει legitur. — רָדָה Pih. *dominari facio.* Jud. V. 13. Deduxit a יָרַד in Hiph. *descendere facere*, h. e. ταπεινοῦν. — רוּם, *exaltor.* Job. XXII. 12. N. L. — שָׁחַד, *incurvo me.* Psalm. XLIII. 27. Ed. Quinta Psalm. XLI. 6. — שָׁחַח, idem. Psalm. XXXIV. 17. Cohel. XII. 4. Ies. II. 11. 17. —
c שִׂפַּח Pih. (שׂ pro ס), *scabie afficio.* Ies. III. 16. Fortasse legerunt שָׁחַח, seu שָׁפַח per Schin, seu שָׁפֵל, aut potius sensum expresserunt. — שָׁפֵל: הִשְׁפִּיל, Kal et Hiph. 1 Sam. II. 7. 2 Sam. XXII. 28. Prov. XXV. 7. ubi pro ταπεινῶσαι Jaegerus non male conjicit legendum ταπείνωσαι, redundante σι, et ita, ut ante ταπείνωσαι supplendum
d sit τὸ ἐῤῥῆναι. Alioquin dicendum esset, verbum activum obtinere vim passivam, ταπεινοῦσθαί σε. Ies. V. 15. et alibi. — הַשְׁפֵּל Chald. Aphel. Dan. IV. 34. V. 21. 24. VII. 24. — הַשַּׁח et הִשְׁפִּיל junctim. Ies. XXV. 12. — תַּאֲנִיָּה, *maestitia.* Thren. II. 5. — תַּאֲנִים plur. *molestiae.* Ezech. XXIV. 12. Hic legisse videntur הִתְאוֹנֵן. — שָׁחַת,
e *perdo.* Al. 1 Sam. XXVI. 9. μὴ ταπεινώσῃς αὐτὸν, ne *interficias* eum, *et quidem inhonesto modo.* Praeterea legitur haec vox apud Symm. Jud. XII. 2. Ἀμμὼν ἐταπείνουν με σφόδρα, h. e. me admodum *in angustias redegerunt.* Versio haec Symmachi vitiata videtur Montfauconio, qui paulo post profert hanc notam hexaplarem: Σ. ἐταπείνουν. Ἀλλ' ἐπολέμουν. e cod. Basil. simulque observat, neutrum esse in Hebraeo. Sed mihi de utroque loco secus videtur. Vitiata quidem est et corrupta Symmachi versio, sed non eo quo existimavit Montfauconius modo. Ante Ἀμμὼν exciderunt quidem verba οἱ υἱοὶ e reliquis Intt. facile supplenda, quae etiam vox ἐταπείνουν postulare videtur. Loco וְעַמִּי autem legisse videtur Symmachus יְעַנּוּנִי, aut, *i* quod propius ad textum Hebr. accederet, וְעִנּוּ לִי. Conferri quoque ad h. l. meretur Scharfenbergius. Sir. XVIII. 21. πρὶν ἀῤῥωστῆσαί σε, ταπεινώθητι. Vulgo vertunt: dum vales et viges, *noli superbire* de tua sanitate et viribus. Syrus vertit *ora.* Alii: *humilia te per continentiam et abstinentiam*, ut addunt Complut., h. e. *jejuna.* Alii: *age* *k* *poenitentiam.* Sirac. XXXIV. 31. ubi ταπεινοῦσθαι notat *jejunium agere, jejunare*, ad imitat. Hebr. עָנָה, ac cum νηστεύειν permutatur. Confer supra s. v. ἀσθενέω et κακόω. Sirac. VII. 16. ταπείνωσον σφόδρα τὴν ψυχήν σου. Vide ad h. l. Bretschneideri Spicil. Sir. XXIX. 5. ταπεινῶν φωνὴν, *uti voce supplici.*

ΤΑΠΕΙΝΩ'ΣΑΣ ΚΑΤΑ'ΓΩ, *humilians deduco.* הַשַּׁח Hiph. a שָׁחַח. Ies. XXVI. 5.

ΤΑΠΕΙ'ΝΩΣΙΣ, *humilitas, tenuitas, humilis, tenuis et abjecta conditio.* דַּכָּא, *contritus.* Ps. LXXXIX. 3. — חֹדֶשׁ, *mensis, novilunium.* Jer. II. 24. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτῆς. Ita quoque Theodotion. Scio quidem חֹדֶשׁ quoque notare *calamitatem* et *infortunium*, v. c. Hos. V. 7., sed non video, quomodo haec notio cum h. l. conciliari possit. Mallem ita-

a que statuere, ταπείνωσιν h. l. *tempus seu statum notare, quo libidine maxime ardent onagræ.* Certe חֹדֶשׁ apud Jerem. notat *tempus certum libidinis*, ac ταπεινοῦν interdum *coire, stuprare* notat, ut supra docuimus. Fortasse tamen ad Arab. حلس, *humi stravit*, respexerunt, unde חֹדֶשׁ esset *prostratio humi*, ut facere solent, qui religiose Deum aliquem colunt.
b Doederleinius suspicatur, LXX non aliter legisse, sed per euphemismum exposuisse de *menstruis*. — *עָוֹן, *iniquitas*, et *pœna peccati*. 2 Sam. XVI. 12. ac si in Hebr. esset: בְּעָנְיִי. — עָנָו, *mansuetus*. Proverb. XVI. 20. Hic legerunt עָנִי. — עֳנִי, *afflictio*. 1 Sam. I. 11. ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης σου, respicias ad *abjectam conditionem* ancillæ
c tuæ. Vide et Gen. XXIX. 31. Ps. XXX. 9. et conf. Judith. VI. 20. ac Luc. I. 48. et ad h. l. Boisii Collat. p. 162. nec non Lexicon N. T. s. h. v. — עֹצֶר, *coarctatio*. Ies. LIII. 8. ἐν τῇ ταπεινώσει, coll. Act. VIII. 33. ubi sensum recte expresserunt. Michaëlis in Supplem. p. 2125. videntur legisse בצער vel בצערו, idque ex Syriaco vocis usu intel-
d lexisse: *cum contumelia afficeretur*. — צָבָא, *militia*. Ies. XL. 2. Vox Hebr. h. l. notat *stationem molestam et laboriosam*, s. *conditionem miseram*. Perperam Tychsenius statuit, eos עֻלָּה legisse. — שֵׁפֶל. Psalm. CXXXV. 23. — תַּעֲנִית, *afflictio*, it. *jejunium*. Esdr. IX. 5. Sir. II. 4. et 5. ubi *calamitatem, mala, fata adversa* notat. Vide et Sir. XI. 13.
e XX. 10.

*ΤΑΠΕΙΝΩ'ΣΕΙ 'ΕΠΑΚΟΥ'ΟΜΑΙ, *humiliatione obedio*. עָנָה. Cohel. X. 19. τοῦ ἀργυρίου ταπεινώσει ἐπακούσεται τὰ πάντα, pecuniæ *subjiciunt se et obediunt* omnia. Sed suspicor, et quidem jure, duas hic coaluisse versiones ex varia vocis עָנָה significatione. Unde simul apparet, quam aliena et inepta dici mereantur, quæ Cappellus in Nott. Critt. f
p. 489. ad h. l. proposuit.

ΤΑΡΑ'ΣΣΩ et ΤΑΡΑ'ΤΤΩ, *turbo, conturbo, commoveo, perturbo, turbidum reddo, agito, terreo, consterno*, it. *perverto*. אֶשְׁתּוֹלְלוּ Hithp. a שָׁלַל (א pro ה more Chald.), *in prædam me dedo*. Ps. LXXV. 4. ἐταράχθησαν. Legerunt cum Syro אֶתְחוֹלְלוּ. — בְּהַל : בָּהַל, Pih. et Niph. *terreo, or*, it. *festino*. Ps. II. 5. ἐν τῷ θυμῷ g
αὐτοῦ ταράξει αὐτούς, in excandescentia sua *terrebit* illos. Ps. VI. 3. ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα, anima mea valde *est conturbata*. Vide et Ps. XXIX. 9. LXXXIX. 7. Ies. XIII. 8. et confer Pearsoni Præfat. in LXX Intt. Adde Symm. Job. XXII. 10. Aquil. Theod. Job. XXIII. 15. ubi vid. Montf. — בְּהַל Chald. Pah. Dan. V. 10. μὴ ταρασσέτωσάν σε οἱ διαλογισμοί σου, ne h
terreant te cogitationes tuæ. Ibid. XI. 43. — בָּלַע Pih. *absorbeo*. Ies. III. 11. *Absorbere viam* est h. l. *corrumpere viam*. — *בָּעַת, *terreo*. Inc. Job. III. 5. Vulg. *involvatur amaritudine*, h. e. tota infelix sit. Sensum expressit. Hebr. Int. Job. XIII. 11. — דָּלַח, *calco*, etiam calcando *turbo*. Ezech. XXXII. 2. ἐτάρασσες ὕδωρ τοῖς ποσί σου, *turbabas* i
aquam pedibus tuis. Ibid. v. 13. Conf. Joh. V. 4. — הֵהִים Hiph. ab הוּם, *perstrepo*. Psalm. LIV. 2. — *הוּם, *terreo*. Symm. Deuter. VII. 23. — *הֶחִיל. Inc. Hab. III. 10. — הִכְרִיעַ Hiph. *deprimo*. Al. Jud. XI. 35. — הָמָה, *cum strepitu tumultuor, commoveor*. Ps. XXXVIII. 9. XLV. 6. Symm. Jerem. IV. 19. — הָמוֹן, *strepitus*. Ps. LXIV. 8.

a Legerunt וְהָמוֹן vel יֶהֱמוּן, et aliter versus distinxerunt, quam hodie in textu Hebraico impresso legitur. — *הָמַם, *fugo, prosterno.* Symm. Theodot. Ies. XXVIII. 28. — הָמִיר Hiph. a מוּר, *muto.* Ps. XLV. 2. ἐν τῷ ταράσσεσθαι τὴν γῆν. Num scribendum est ἀλλάσσεσθαι? aut legerunt חָמַר, quod proprie *turbare* notat? aut, quod adhuc
b probabilius est, *mutationem* terræ de ejus motu convenienter seriei orationis interpretati sunt? Ringeltaube ad h. l. confert Arab. صار, *huc illuc mota est res, commota fuit, fluctuavit.* IV. *agitavit.* — הֵנִיף Hiph. a נוּף, *agito.* Ies. XXX. 28. — הֶעֱרִיץ Hiphil *formido.* Ies. VIII. 12. — *הִפִּיל Hiph. a נָפַל. Dan. XI. 12. sec. cod. Chis. —
c הַרְהֹרִין plur. Chald. *cogitationes, phantasmata.* Dan. IV. 2. Forte legerunt חֲרָדַת, vel secundum formam Hebraicam חֲרָדָתִי, aut etiam וְהַרְהֶרֶת, ut Bertholdtus voluit. — הוּרַם Hoph. a רוּם, *auferor.* Dan. VIII. 11. Perinde est, sive dicam: *ablatum est sacrificium,* an: sacra *turbata* h. e. *interrupta sunt.* — הִשְׁחָה Hiph. *incurvo me.* Prov.
d XII. 26. — *הֵשִׁית Hiph. a שׁוּת, *pono.* Symm. sec. unum cod. Psalm. XVI. 11. ἐτάραξαν, quod ortum est ex ἔταξαν, quod alii recte pro ἔθεντο habent. — הִשְׁתַּחֵחַ Hithp. a שָׁחַח, *incurvo me.* Psalm. XLI. 8. — הִשְׁתּוֹמֵם Hithp. a שָׁמֵם, *stupesco.* Ps. CXLII. 4. — הִתְגָּעֵשׁ Hithp. *commoveor.* 2 Sam. XXII. 8. Jer. V. 22. — הִתְמַהְמֵהַּ Hithp. a מָהַהּ,
e *cunctor.* Gen. XIX. 16. Legerunt יִתְמָהוּ, a תָּמַהּ, *obstupesco,* judice Michaëlis Bibl. Orient. T. IX. p.

13. Mihi vero vox ταράσσεσθαι non tam *animi perturbationem et indignationem,* quam ex adjuncto *cunctationem* et *trepidationem* significare videtur, ut ἐταράχθησαν vertendum sit *cunctabantur.* Sic et Psalm. CXVIII. 60. οὐκ ἐταράχθην est *nihil moror.* — הִתְנֹדֵד Hithp. a נָדַד, f
evagor. Psalm. LXIII. 9. ἐταράχθησαν, *terrore perculsi aufugiunt.* — הִתְפּוֹרֵר et הִתְרֹעֲעָה junctim, *disrumpo me, confringo me.* Ies. XXIV. 19. ταραχῇ ταραχθήσεται ἡ γῆ. Bene quoad sensum. — זֹעֵף, *turbatus sum.* Gen. XL. 6. — חָגַג, *tripudio.* Psalm. CVI. 27. — חוּל: הֵחִיל: הִתְחַלְחַל, Kal, Hiphil et Hithp. *parturio, dolore contremisco.* Esth. g
IV. 4. Ps. LIV. 4. Ezech. XXX. 16. — חָלַל, *vulneror.* Ps. CVIII. 21. ἡ καρδία μου τετάρακται. Hoc enim sibi vult *corde vulnerari,* si metaphorice sumitur. — חָמַר: חֳמַרְמַר, Kal et Pyh., *turbidus sum.* Ps. XLV. 3. Thren. I. 21. II. 11. — *חֹמֶר, *acervus.* Hab. III. 15. ταράσσων. Habuerunt pro participio verbi חָמַר, *æstuare, commoveri.* h
— חָרַד, *tremo.* Genes. XLII. 28. Job. XXXVII. 1. ἐταράχθη ἡ καρδία μου, *tremebat* cor meum. — *יָעָה, *verro, verrendo removeo.* Theodot. Ies. XXVIII. 17. Libere vertit. *Spes* enim *turbata* est spes *remota* seu *irrita facta.* — *כָּרַע, *incurvo.* Jud. XI. 35. ταραχῇ ἐτάραξάς με (sec. ed. Rom. et Cat. Niceph.), *conturbasti rationes meas, contaminas gaudium meum ægritudine.* Permutarunt invicem כָּרַע et עָכַר. — i
לְהֲטִים part. plur. *flammantes,* h. e. *homines, qui inflammant aliorum animos mendaciis et calumniis.* Ps. LVI. 5. τεταραγμένος. — מִהֵר Pih. *festino.* Genes. XLIII. 30. Symm.

Job. V. 13. ubi *ταράσσειν βουλὴν* est *irritum reddere consilium,* i. q. ἀκυροῦν. — נָבוֹךְ Niph. a בּוּךְ, *perplexus sum.* Esth. III. 15. ἐταράσσετο ἡ πόλις, turbabatur, *consternabatur* civitas. Confer Matth. II. 3. et ad h. l. Alberti p. 5. seq.—נִבְעַת Niph. *terreor.* Esth. VII. 6. — נָבַק Niph. a בָּקַק, *exhaurior.* Ies. XIX. 3. ταραχθήσεται τὸ πνεῦμα, *perturbabitur* seu, *consternabitur animus.* Verba Hebr. *evacuabitur spiritus* metaphorice notant: *omni prudenti consilio destituentur.* — נָטַף, *stillo.* Inc. Jud. V. 4. ἐταράχθη. Ita quoque Ald. et Compl. Sed videtur mihi hæc vox inepto hic loco posita esse, ac ad præcedens ἐσείσθη, רָעָשָׁה, pertinere. — נִכְמַר Niph. *incalesco.* 1 Reg. III. 26. Ταράσσεσθαι ibi de *commotione animi ad misericordiam* adhibetur. — נִלְפַּת Niph. *inclino me.* Ruth. III. 8. Videtur mihi hic trajectio verborum locum habere, ac ordinem ita restituendum esse: ἐταράχθη ὁ ἀνὴρ καὶ ἐξανέστη. Nam, ut contrectando intellegeret, mulierem cubare ad pedes suas, opus erat, ut surgeret ac se inclinaret. — נָמוֹג Niph. a מוּג, *liquesco.* Ies. XIV. 31. πόλεις τεταραγμέναι, *civitates turbatæ.* 1 Sam. XIV. 16. ἡ παρεμβολὴ τεταραγμένη. — נִפְעַם Niph. *consternor.* Genes. XLI. 8. ἐταράχθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, perturbata erat anima ejus. Vide et Psalm. LXXVI. 4. et confer Joh. XII. 27. ac ad h. l. Keuchenium pag. 64. — סְחַרְחַר, pro סָחַר, geminatis literis radicalibus, *circumeo, palpito.* Ps. XXXVII. 10. — סַר, *fastidiosus.* 1 Reg. XXI. 5. τί τὸ πνεῦμά σου τεταραγμένον; quare animus tuus perturbatus? Qui est animo ægro, cibos fastidire solet. — עִוָּה Pih. *perverto.* Job. VIII. 3. ταράξει τὸ δίκαιον, *pervertet* justum. Job. XIX. 6. XXXIV. 12. Thren. III. 9. τρίβους μου ἐτάραξεν, semitas meas *pervertit.* — עָכַר. 1 Par. II. 7. Symm. Prov. XI. 17. Inc. Prov. XV. 27. f

— עֲקֻבָּה fœm. ex עָקוֹב, q. d. *calcaneata.* Hos. VI. 8. ταράσσουσα ὕδωρ, *turbans* aquam. Legerunt fortasse עֲכֵרָה, aut potius τῷ עָקַב tribuerunt vim *turbandi,* quod fit *calcibus.* — עָשֵׁשׁ, *contabesco.* Psalm. VI. 7. ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου, *turbidus factus est* s. *caligavit* ab animi perturbatione oculus meus: Ex usu l. Arabicæ, ubi عشا est *caligare, cæcutire.* Confer quoque g

Ps. XXX. 11. Ib. v. 13. ταράσσεσθαι quoque de *ossibus* adhibetur, unde apparet, ταράσσεσθαι quandoque in universum notare *morbo affici.* Cf. Foesii Œcon. Hippocr. pag. 611. — *עָתַר, *supplico.* Theod. Symm. Proverb. XXVII. 6. Legerunt נֶעְכָּרוֹת, ab עָכַר, *turbare.* — צָהַל, *jubilo.* Ies. XXIV. 14. ταραχθήσεται τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης. Ita transtulerunt, quia h. l. comparatio cum h

fluctibus marinis instituitur. — קִלְקֵל : הִתְקַלְקֵל, Pih. et Hithp. a קָלַל, *levigo, leviter me moveo.* Cohel. X. 10. Desvœux in Comm. ad h. l. p. 282. conjicit, eos legisse חִלְחֵל, a חָלַל vel חוּל, sed hac conjectura non opus esse docet locus Jerem. IV. 24. — רָגַז, *contremisco.* 2 Sam. XVIII. 33. ἐταράχθη ὁ βασιλεὺς, *consternabatur* rex. Confer quæ mox i

notavi ex Dan. V. 9. et Matth. II. 3. Vide et Amos VIII. 8. Mich. VII. 17. Adde Dan. II. 1. sec. cod. Chis. Inc. Exod. XV. 14. Symmach. 1 Sam. XXVIII. 15. — רָגַע, *disrumpo.* Ies. LI. 15. ὁ ταράσσων τὴν θάλασσαν, qui mare *turbo* vel *agito.* — רָעַשׁ, *commoveor.* Psalm. XLV. 3. — רָפַשׂ (שׂ pro ס), *conculco.* Ezech. XXXIV. 18. τὸ λοιπὸν

a τοῖς ποσὶν ὑμῶν ἐταράσσετε, reliquam (sc. aquam) pedibus vestris *turbidam reddebatis*. — *שָׁאוֹן, *tumultus*. Syrus Jerem. XLVI. 17. ταράττων. Habuit pro participio verbi שָׁאָה. — שַׂגִּיא מִתְבָּהַל Chald. *valde conturbatur*. Dan. V. 9. — *שָׁגָה, *erro, fallor*. Symm. Ies. XXVIII. 7. ἐταράχθησαν, vino *perturbati* sunt *animo*. LXX ibi quoque habent ἐξέστη-
b σαν. — *שָׁחָה, *incurvo*. Prov. XII. 25. καρδίαν ταράσσει, ubi sensum expresserunt. Præterea legitur Ps. LXVII. 5. ubi verba ταραχθήσονται ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ sunt ex scholio quodam marginali petita, nisi malis, interpretem Græcum וְעִלְזוּ præcedentis versiculi repetiisse ex oscitantia, et in memoria habuisse Arab. شوش, quod de *turbata*
c *formidine mente* dicitur. Schnurrerus in Diss. ad h. l. p. 9. verba τ. ἀ. π. ἀ. ad versum tertium pertinere judicavit. Fortasse interpres Græcus vel רִגְזוּ (2 Reg. XVIII. 33.) legit, vel τῷ עָלַז notionem *vehementis commotionis et agitationis* dedit, quam etiam habere constat Sir. XXX. 7. ἐπὶ πάσῃ βοῇ ταραχθήσεται τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, ad omnem patris
d vocem tremet seque inflectet, h. e. dicto audiens erit.

ΤΕΤΑΡΑΓΜΕ´ΝΟΝ ῞ΥΔΩΡ, *turbida aqua*. מִרְפַּשׂ (שׂ pro ס), *conturbatum*. Ezech. XXXIV. 19.

ΤΑΡΑΧΗ´, *turbatio, conturbatio, concitatio, tenor, tumultus*. *בָּהֵם, *in iis*. Dan. XI. 7. sec. cod. Chis. ποιήσει ταραχήν. Num fortasse legit בֶּהָלָה? aut loco ἐν αὐτοῖς posuit
e ταραχήν? ut ostenderet, ποιῆ h. l. sensu malo accipiendum esse. — בַּלָּהָה (per metathesin ex בֶּהָלָה), *terror*. Job. XXIV. 17. — בְּעָתָה, *terror*. Jerem. XIV. 19. — הִכָּרַע, infin. Hiph. *deprimendo*. Al. Jud. XI. 35. ταραχῇ. Hic quoque בָּרַע et זָכַר permutata ab Intt. reperies. — זַעֲוָה (per metathesin ex זְוָעָה), *commotio*. Ezech. XXIII. 46. — חִיל infin. *dolendo*. Ezech. XXX. 16. — חַלְחָלָה, *dolor vehemens*. Ez. XXX. f
4. 9. ταραχῇ ταραχθήσεται ἡ σαΐς. — חִפָּזוֹן, *festinatio*. Ies. LII. 12. ubi ταραχή est *strepitus* et *tumultus*, qui per celeriter abeuntes excitatur. — חַרְחֻר infin. Pih. a חָרַר, *accendere*. Prov. XXVI. 21. εἰς ταραχὴν μάχης. Non ita, quasi nomen esset, verterunt, sed ταραχή h. l. est *excitatio, concitatio*. — מָדוֹן, *contentio*. Prov. VI. 14. ubi Semlerus in Ep. Crit. p. 24. ταραχὰς in μάχας mutandum g
esse conjecit, quia eadem vox ita redditur ibid. cap. X. 12. a Symm. et Theod. et XVI. 28. a Symmacho. Sed vulgata lectio partim nititur auctoritate codd. et Arab., partim bene convenit voci πόλις. — מְהוּמָה, *divexatio*. Ies. XXII. 5. Symmach. Deuter. VII. 23. Deduxit ab הָמָה, reliqui omnes ab הוּם derivarunt. — *מוֹט, *nutatio*. Ino. Psalm. LIV. 23. εἰς μετακίνησιν καὶ ταραχήν, ubi h
duæ versiones coaluerunt. — עַוָּתָה, *perversitas*. Thren. III. 58. — עָשׁ, *tinea*. Hos. V. 12. Cappellus in Crit. S. p. 649. putat, vel LXX legisse גֹּעַשׁ s. בְּרַעַשׁ, vel כְּכַעַס (nam גָּעַשׁ est *concuti, commoveri*, et כָּעַס *indignari*), vel forte legendum ἀράχνη, quod etiam rescripsit Grabius, contra quem lege disputantem Breitingerum Proleg. in LXX Intt. T. III. plag. f. p. 2. Alii conjiciunt, i
eos legisse כְּזַעֲוָה cum Syro et Arabe. Sed defendi lectio recepta facile potest, cum עָשֵׁשׁ ter per ταράττεσθαι translatum sit a LXX. Vide supra. Confer quoque Kreys-

a sigii Obss. Critt. in Græcos Jobi Intt. pag. 17. seq. — פּוּר et רָעָה junctim, infin. *frangendo, rumpendo.* Ies. XXIV. 19. — רֹהַב, *robur.* Symm. Ies. XXX. 7. ταραχαί. — רְכָסִים plur. *perversitates.* Psalm. XXX. 26. Aliquando conjiciebam, pro ταραχῆς h. l. legendum τράχους. Sed nunc video, eos ita transtulisse ex Arabismo, ubi قَصّ notat *huc*
b *et illuc commotus, perturbatus, conturbatus fuit.* — *שֶׁבֶר, *contritio.* Symm. Thren. III. 46.

ΤΑ'ΡΑΧΟΣ, *tumultus, conturbatio, perturbatio.* מְהוּמָה, *divexatio.* 1 Sam. V. 9. — *עָכַר, *turbo.* Jud. XI. 35. sec. ed. Rom. et Cat. Niceph. καὶ σὺ ἦς ἐν τῷ ταράχῳ μου, ita ut pro participio substituerent nomen substantivum. Vide et Sap. XIV. 25.

c ΤΑΡΑΧΩ'ΔΗΣ, *turbidus, turbulentus, turbatus, turbarum plenus.* הַוָּה, *ærumna.* Psalm. XC. 3. Vide et Sap. XVII. 9.

ΤΑΡΙΧΕΥ'Ω, *sale condio et macero, salsamenta facio, sale conditum servo.* Ep. Jer. v. 26. αἱ γυναῖκες ἀπ' αὐτῶν (θυσιῶν) ταριχεύουσιν (al. rectius ταριχεύουσαι), mulieres ab illis (sacrificiis) quædam *sale condientes.* Hes.
d ταριχεύουσαι, τήκουσαι. Ita et Lex. Cyrilli MS. Brem. nisi quod male in illo scriptum sit ταρηχεύουσαι. Cf. Suidam in ταριχεύειν.

ΤΑΡΣΟ'Σ, proprie *crates* (a τάρσω, *sicco,* quia in cratibus casei aliaque solent siccari), deinde *octo ossa pedis posteriora, cratium more ordinata, extrema pars manus* vel *pedis,* it. *ala expansa.* כַּף, *vola manus vel pedis.* Dan.
e X. 10. ἤγειρέ με ἐπὶ τὰ γόνατά μου καὶ ταρσοὺς χειρῶν μου, erigebat me super genua mea et *extremitates* manuum mearum. Aqu. 1 Sam. XXV. 20. ἐν ταρσῷ πλαγίῳ, in *extremitate manus* obliqua. In Hexaplis Montfauconii male refertur ad בִּצְרוֹר, *in fasciculo.* Voce etiam utitur Aquila pro Hebr. כַּף Num. VI. 19. Psalm. IX. 17. LXXVII. 72. CXVIII. 108. CXXVII. 2. Ies. XLIX. 16.
Lexic. Cyrilli MS. Brem. Ταρσὸς, ἄκρον χειρός. Sic et ταρσοὶ apud Hes. f
inter alia explicantur τὰ ἄκρα τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν. Sap. V. 12. πληγῇ ταρσῶν, ictu *alarum expansarum:* ubi tamen alii codd. habent ταράσσων. Suidas: Ταρσὸς, κυρίως τῶν ὀρνίθων ἡ πτέρωσις. ἀφ' οὗ καὶ τῶν κωπῶν ὅμοιος σχηματισμός. Idem: Ταρσοῖς, πτεροῖς ἄκροις. Vide in v. Ταρσοί.

ΤΑ'ΡΤΑΡΟΣ, *tartarus, profundissimus locus.* שָׂדֶה, *ager.* Job. XL. g
15. ubi tamen pro ταρτάρῳ Grabius Proleg. in LXX Intt. T. IV. c. 4. §. 2. legendum censet ἀγρῷ, quam correctionem non necessariam puto, quia communis lectio bene cum reliquis conciliari potest. Τάρταρος enim omne *inferum* designat, idque indicare volunt LXX, cum vocem istam *excelsis locis* s. *montibus* opponant. Præterea non video, quomodo ex ἀγρῷ oriri potuisset ταρτά- h
ρῳ, quæ vix ullam similitudinis speciem habent. Job. XLI. 24. τὸν δὲ τάρταρον τῆς ἀβύσσου ὥσπερ αἰχμάλωτον, sc. ἥγηται, *profundissimum* vero abyssi *locum* tanquam pro captivo habet. Aliter in textu Hebraico. Hesych. Τάρταρος, ὁ ὑπὸ τὴν γῆν κατώτατος τόπος. Suidas: Τάρταρος, ὁ κατώτερος, τοῦ ᾅδου τόπος. De origine h. vocis vide L. Bos. Diss. de Etym.
Gr. p. 41. seq. i

ΤΑ'ΣΣΩ, ΤΑ'ΤΤΩ, *ordino, constituo, definio, statuo, erigo, pono, præcipio, reputo, habeo.* דֶּגֶל, *vexillum.* Cant. II. 4. τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην, *ponite* seu stabilite super me amorem: sensu admodum obscuro, nisi ἀγάπην h. l. sumatur pro ἀγαπητὸν, quem cum *vexillo* non male comparaverit. Loco דִּגְלוֹ, *vexillum ejus,* legerunt דִּגְלוּ imper. Kal, aut דַּגְּלוּ, in imper. Piel, in qua conjug. no-

a tat *erigere vexillum*, quod est τάξαι, cum de militibus agitur. Alii putant, τάξατε positum esse pro ἐτάξατο. Sic Hieronymus, qui habet: *ordinavit*. Vide ad h. l. Dathium. — דָּגַל, *vexillum erigo*. Cant. VI. 3. θάμβος ὡς τεταγμέναι, ss. φάλαγγες, pavor ut ordinatæ acies. — *הוֹלִיךְ Hiph. a יָלַךְ, *ire facio*. Hos. II. 14. ubi loco τάξω αὐτὴν ὡς ἔρημον repo- b nendum videtur ἄξω vel ἀνάξω αὐτὴν εἰς ἔρημον. Ἄξω habet quoque cod. Basil. et hanc lectionem etiam expressit Vulgatus.—הֶעֱמִיד Hiph. 2 Par. XXXI. 2. — הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio*. Thren. III. 21. ταύτην τάξω εἰς τὴν καρδίαν μου, hanc *ponam* in cor meum. Symm. Psalm. XLIII. 11. — הִתְלַכֵּד Hithp. *concresco*. Job. XXXVIII. 30. πρόσωπον c ἀβύσσου τίς ἔταξεν; Sed magis Hebr. responderet, si τίς ἔπηξεν; legeretur. Debeo hanc conjecturam L. Bosio. — הִתְפָּאֵר Hithp. *glorior*. Exod. VIII. 9. τάξαι πρός με, *definito mihi*, sc. *certum tempus*. Recte quoad sensum. — יָעַד : נוֹעַד, Kal et Niph. *condico, convenio*. Exod. XXIX. 43. τάξομαι ἐκεῖ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, *sistam* me ibi filiis Israël. 2 Sam. XX. 5. d ἀπὸ τοῦ καιροῦ, οὗ ἐτάξατο αὐτῷ Δαβὶδ, a tempore, quod *definiverat* illi David. Confer Act. XXVIII. 23. et quæ ex Polybio ad h. l. notat Raphelius p. 408. et Perizonium ad Ælian. V. H. XIII. 24. Hesych. et Lexic. Cyrilli MS. Brem. ταξάμενοι, ὁρίσαντες. — יָתֵד, *paxillus*. Zach. X. 4. ἔταξε. Secundum Cappellum Crit. S. pag. 593. legerunt יָתוּר, a rad. e תּוּר, coll. 2 Reg. X. 15. Vide tamen ad h. l. Scharfenbergium. — *מוֹעֵד, *tempus constitutum*. 1 Sam. XX. 35. καθὼς ἐτάξατο, לְמוֹעֵד. — נָכוֹן Niph. a כּוּן, *statuor*. Al. Ps. CXL. 2. ταχθήτω.—נָשָׂא, *fero*. Job. XXX. 22. ἔταξάς με ἐν ὀδύναις.—נִתַּךְ, *effundor*. Al. Dan. XI. 27. τάξει. — נָתַן, *do*. 1 Par. XVI. 4. 7. Ezech. XLIV. 14. Incert. 1 Sam. IX. 22. ἔταξεν. Adde quoque Symm. Psalm. VIII. 2. — *עָשָׂה, *facio*. Symm. Job. XIV. 5. Vulg. *constituisti*. — צִוָּה Pih. *præcipio*. 2 Sam. VII. 11. ἀπὸ τῶν ἡμερῶν, ὧν ἔταξα κριτὰς, a diebus, quibus *constitui* judices. Vide et 1 Paral. XVII. 10. Ies. XXXVIII. 1. τάξαι περὶ τοῦ οἴκου σου, *præcipe* de domo tua. — רְשַׁם Chald. *consigno*. Dan. VI. 12. οὐχ ὁρισμὸν ἔταξας; nonne mandatum *dedisti*? — שׂוּם : הֵשִׂים, Kal et Hiph. *pono*. Exod. VIII. 12. ὡς ἐτάξατο Φαραὼ, quemadmodum *ordinaverat* Pharao. Jud. XVIII. 31. ἔταξαν ἑαυτοῖς τὸ γλυπτὸν, *erexerunt* sibi sculptile. Conf. Jerem. XI. 13. Jud. XX. 36. ἐπὶ τὸ ἔνεδρον, ὃ ἔταξαν πρὸς τὴν Γαβαὰ, insidiis, quas *collocaverant* ad Gabaa. Confer 1 Macc. XV. 41. 1 Sam. XXII. 7. ὑμᾶς τάξει ἑκατοντάρχους, vos *constituet* centuriones. 2 Sam. XXIII. 23. ἔταξεν αὐτὸν πρὸς τὰς ἀκοὰς αὐτοῦ, *constituebat* illum ad consultationes suas. 1 Reg. II. 5. ἔταξα τὰ αἵματα πολέμου ἐν εἰρήνῃ, *effundebat* sanguines belli in pace. Job. XXXI. 24. εἰ ἔταξα χρυσίον (εἰς) ἰσχύν μου; num *habui* aurum pro robore meo? Job. XXXVI. 13. ὑποκριταὶ καρδίᾳ τάξουσι θυμὸν, hypocritæ corde *reponent* iram. Jerem. V. 22. τὸν τάξαντα ἄμμον (εἰς) ὅριον τῇ θαλάσσῃ, *ponentem* arenam in terminum mari. Jer. X. 21. τοῦ τάξαι τὰς πόλεις εἰς ἀφανισμὸν, ut *ponat* vel *redigat* urbes in solitudinem. Vide et Zach. VII. 14. Mal. I. 3. et Al. Jerem. XIX. 8. Ezech. XIX. 5. (εἰς) λέοντα ἔταξεν αὐτὸν, leonem *fecit* illum. Ezech. XX. 28. ἔταξαν ἐκεῖ ὀσμὴν εὐωδίας, *faciebant* ibi odorem suavitatis. Ez. XL. 4. τάξον ἐν τῇ καρδίᾳ σου πάντα, h. e. diligenter attende ad ea omnia. Cf. Ez. XLIV.

5. Hab. I. 12. εἰς κρίμα τέταχας αὐτὸν, ad judicium *ordinasti* eum. Hesych. τέταχας, ἐτύπωσας, ἔταξας [ἐτύρωσας]. Vocem ἐτύρωσας uncinis inclusit Bielius, quod non videatur per illam exponi vox τέταχας, sed vitiosa lectio, et pro illa in margine posita ἐτύπωσας, quam postea imperitus librarius, retenta vitiosa lectione, in textum receperit. Qualia exempla alias etiam apud Grammaticum haud raro occurrunt. Cæterum τέταχας per ἔταξας etiam exponitur in Gloss. MS. in Proph. et Lex. Cyrilli MS. Brem. Hab. II. 9. τοῦ τάξαι εἰς ὕψος νοσσιὰν αὐτοῦ, ut *ponat* in altitudinem nidum suum.

— שׁוּת : הֵשִׁית, Kal et Hiph. Hagg. I. 5. τάξατε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, *attendite* ad ea, quæ vobis hactenus evenerunt. Vide et Hagg. II. 19. Gloss. MS. in Proph. τάξατε, σύνθεσθε. Sic enim legendum ex Hagg. l. c. et Lex. Cyrilli MS. Brem. Job. XIV. 13. τάξῃ μοι χρόνον, *definias* mihi tempus. Hos. II. 3. τάξω αὐτὴν εἰς γῆν ἄνυδρον, *redigam* seu *mutabo* illam in terram aqua carentem. Gloss. MS. in Proph. Τάξω (MS. mendose Σάξω), ποιήσω, θήσω. Symm. Psalm. XI. 6. LXI. 11. ubi τάσσειν τὴν καρδίαν metaphorice notat *valde amare*, *nimium studere alicui rei*. Symm. Job. XXXVIII. 11. τετάχθω. Inc. Psalm. XII. 3. τάξω γνώμας, *struam* consilia. — *שָׁמַע, *audio*. Inc. Hab. III. 16. ubi pro שָׁמַעְתִּי legit שַׂמְתִּי, a שׂוּם. Semlero ἐταξάμην ortum esse videtur ex ἐφυλαξάμην apud LXX, qui loco ע legerunt ר. Præterea legitur Ezech. XXX. 22. ubi Hieronymus τεταγμένα apud LXX (quibus nihil respondet in textu Hebr.) scriptorum vitiö depravatum esse contendit, et scribendum judicat ἐκτεταμένα, i. e. *extenta*. Etiam in vers. Inc. Int. 2 Par. XXIII. 9. voci τεταγμένους nihil respondet in textu Hebr., ubi tamen loco τοὺς ἑκατοντάρχους τεταγμένους legendum erit τοῖς ἑκατοντάρχοις τεταγμένοις, partim ob præcedens ἔδωκεν, partim ob textum Hebr. Vulgat. *centurionibus*. Sirac. X. 1. ἡγεμονία συνετοῦ τεταγμένη ἔσται, principatus prudentis *stabilis* erit. Ita Bielius. Quidni *ordinata erit, justum ordinem servabit*? Compl. habet ibi τεταμένη, *protensa erit, extendet se ad multos annos*, s. *stabilis erit*, ut Vulg. vertit. Sed prior lectio est præferenda. 1 Maccab. V. 27. εἰς αὔριον τάσσονται, in crastinum *constituunt*. Vide et 1 Maccab. XII. 26. XIV. 10. ἔταξεν αὐτὰς (πόλεις) ἐν σκεύεσιν ὀχυρώσεως, *faciebat* illas in vasa munitionis, h. e. munitas illas *reddebat* s. armis munitionis eas *instruxit*. 2 Maccab. VI. 21. πρὸς τῷ παρανόμῳ σπλαγχνισμῷ τεταγμένοι, qui *ordinati erant* ad illegitimam carnium animalium sacrificatorum distributionem. 2 Maccab. VIII. 27. ἀρχὴν ἐλέους τάξαντος αὐτοῖς. Grotius mavult στάξαντος seu potius στάξαντι. 2 Macc. X. 28. καθηγεμόνα τῶν ἀγώνων ταττόμενοι τὸν θυμὸν, ducem certaminum *habentes* furorem. 2 Macc. XV. 20. τῆς ἵππου κατὰ κέρας τεταγμένης, equitatu ad extremum phalangis *ordinato*.

*ΤΕΤΑΓΜΕ´ΝΑΙ ΠΑΡΑΤΑ´ΞΕΙΣ. נִדְגָּלוֹת, *vexillatæ*. Inc. Cant. VI. 3. Scil. putavit ad נִדְגָּלוֹת supplendum esse מַחֲנוֹת. Symmachus ibi habet τάγματα παρεμβολῆς.

ΤΕΤΑΓΜΕ´ΝΟΣ ΤΟ´ΠΟΣ, *constitutus, definitus locus*. מַטָּרָה, *scopus*. Symm. 1 Sam. XX. 20.

*ΤΑΥΡΗΔΟ´Ν, *in modum tauri*. 4 Maccab. XV. 19. ubi Lat. *torve* reddendum est. Zonaras Lex. col. 1715. ταυρηδὸν, δίκην ταύρου. Suidas: ταυρηδὸν, ὡς ταῦρος. Ἀριστοφάνης περὶ Αἰσχύλου (Ranis v. 817.) Ἔβλεψε γοῦν ταυρηδὸν ἐγκύψας κάτω. τοιοῦτος γὰρ τῷ σχήματι ὀργιζόμενος ὁ Αἰσχύλος.

a ΤΑΤ῀ΡΟΣ, *taurus.* אַבִּיר, *fortis,* etiam *taurus.* Aqu. Symm. LXX Psalm. XXI. 12. LXX Ps. LXVII. 33. Ies. XXXIV. 7. et alibi. — אֲלָפִים plur. ex אֶלֶף, *millia,* it. *boves.* Ies. XXX. 24. — אוֹצָר, *thesaurus.* Joël. I. 17. ubi tamen alii pro ταῦροι rectius habent θησαυροί. Confer Drusium Quæst. Ebr. Lib. II. Qu. 26. — *בָּשָׁן, *Basan.* No-
b men proprium. Deut. XXXII. 14. υἱῶν ταύρων. Ita verterunt, non quod Basan taurum significare crediderint, sed quod Hebr. locutionem obscuriorem magis perspicuam periphrasi reddere voluerint. Nam regionis Basan pascua videntur maxime tauris et bobus alendis fuisse opportuna. — דֹּבֶר, *ductus, mos.* Ies. V. 17. Legerunt כְּאַבִּירִים
c aut ex Koppii sententia כְּפָרִים. — מְרִיא, *pingue.* Ies. XI. 6. — פַּר, *juvencus.* Genes. XXXII. 15. Ies. I. 11. — שׁוֹר, *bos.* Gen. XLIX. 6. Exod. XXI. 28. Deut. XXXIII. 17. De loco Sir. VI. 3., ubi magna est interpretationum varietas, copiose et docte egit Bretschneiderus in notis ad h. l. p. 121. seq. Verba ὡς ταῦρος posita sunt pro ὡς ὑπὸ ταύ-
d ρου, כַּשׁוֹר loco כִּבְהַשּׁוֹר. Confer v. 3.

ΤΑΦΕ'Θ, alias Τοφὲθ et Τωφὲθ, ipsa vox Hebr. תֹּפֶת, *tympanizatio,* a תֹּף, *tympanum,* locum designans in valle filiorum Ennom ad orientem montis Sion, ubi sub clamore tympanorum cremabantur pueri, qui Molocho offerebantur. Jerem. VII. 29. 30. XIX. 14. Præterea le-
e gitur 2 Reg. XXIII. 10. ubi in cod. Alex. Θαφθὰ scribitur.

ΤΑΦΗ', *sepultura,* etiam *locus, ubi aliquis occiditur.* הֲרֵגָה, *occisio.* Jerem. XIX. 6. Loco τῆς ταφῆς alii ibi habent τῆς σφαγῆς. — חָנוּט part. Pah. *aromatibus conditus.* Gen. L. 3. — מִשְׁכָּב, *cubile.* Ies. LVII. 2. Per *cubile* h. l. *sepulchrum* intellegendum esse, ex omni orationis serie luculenter apparet. — קָבוֹר infin. *sepeliendo.* Deut. XXI. 23. — קְבוּרָה, *sepultura* et metonymice *sepulchrum.* Deuter. XXXIV. 6. 2 Par. XXVI. 23. Cohel. VI. 3. et alibi. — קֶבֶר, *sepulchrum.* Job. XVII. 1. Ies. LIII. 9. (ubi ταφὴν de *cruce* explicant, coll. Plauto Mil. Glorios. II. 4. 19. Adde Cuperi Lib. I. Obss. cap. 7.) Ez. XXXII. 23. Nah. I. 14. τὰ γλυπτὰ καὶ χωνευτὰ θήσομαι ταφήν σου, inter medias aras et ante statuas deorum tuorum *interficieris* a filiis tuis. V. antecedentia. Sirac. XL. 1. ubi verba εἰς ταφῇ manifesto corrupta sunt, neque sensum fundunt. Uti enim post ἡμέρας in antecedentibus reperitur genitivus ἐξόδου, ita et hic ille necessario requiritur. Lege itaque: ἐπιταφῆς, ad quam veram lectionem nos ducit cod. Alex., qui divisim habet: ἐπὶ ταφῆς, *usque ad diem sepulturæ in terram, omnium matrem.* Non tamen admodum repugnarem, si quis ex Compl. ἐπιστροφῆς legere mallet, mutato tamen ordine verborum, ἕως ἡμέρας ἐπιστροφῆς, *usque ad diem reditus in terram,* etc.

ΤΑ'ΦΟΣ, *sepulchrum,* it. *epul*[illegible] *sepulchrales.* נֶחָמָה, *consolatio.* Job. VI. 10. εἴη δέ μου πόλις τάφος: u[illegible] vel legerunt נַחְתִּי a נַחַת, *loc*[illegible] *quietis,* aut *locus, ad quem descen*[illegible]*tur* (aut sec. Eckermannum נַחְתִּי [illegible] *quies mea*), h. e. *sepulchrum,* vel [illegible] *pulchrum* dixerunt *solatium,* q[illegible] *solatium affert,* seu: *in quo quis* [illegible] *creatur a laboribus ac molestiis huj*[illegible] *vitæ.* Cæterum verba ἡ πόλις [illegible] vertenda sunt quoad sensum: *a*[illegible]*lum meum, refugium, ubi tutus lat*[illegible] — צְחִיחָה, *locus aridus.* Psal[illegible] LXVII. 7. Ita quoque Syrus [illegible]

Vulgat. Vox Hebr. etiam *locum saxosum ac petrosum* notat, ut adeo *sepulchrum* posuerint, quia olim sepulchra in petris excisa erant. Fortasse tamen legerunt צְרִיחָה, quod vocabulum reperitur 1 Sam. XIII. 6. ubi a LXX per βόθρος redditur. — קָבוּר part. Pah. *sepultus*. Cohel. VIII. 10.—קְבוּרָה, *sepultura*. Gen. XLVII. 30. 1 Sam. X. 2. 2 Reg. IX. 28. et alibi. — קֶבֶר. Genes. XXIII. 4. 20. Jud. VIII. 32. et alibi sæpius. — קֶרֶב, *intestinum*. Psalm. XLVIII. 10. Legerunt קְבָרִם, aut potius sec. Buxtorfium in Anticrit. p. 667. קְרָבָם ita explicarunt et acceperunt per literarum transpositionem, ut et alii quidam interpretes, quos laudant Kimchius et Abenesra in suis Commentariis. Tob. IV. 18. ἔκχεον τοὺς ἄρτους σου ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων: ubi τάφος *epulas sepulchrales* notare videtur, ut quoque legitur apud Homerum Il. Ψ', 29. Odyss. Γ', 309. Hesych. τάφος, τὸ γινόμενον περίδειπνον ἐπὶ τῇ τῶν κατοιχομένων τιμῇ. Tob. VI. 15. εἰς τὸν τάφον. Vulgat. *ad inferos*.

ΤΑ'ΦΡΟΣ, *fovea, fossa, scrobs: fovea, quæ fit ad munitionem, vallum, agger*. פֶּתַח, *janua*, h. l. *gladius*. Mich. V. 6. Admodum inepte: quanquam non ignoro, vocem Hebr. *quamvis aperturam*, adeoque etiam *foveam* notare, *quæ est apertura terræ*. Fortasse autem literis transpositis legerunt פַּחַת. Suidas: τάφρος, τὸ περὶ τὸ τεῖχος ὄρυγμα. Ita et Lex. Cyrilli MS. Brem. Hesych. Τάφρος, ἐπιμήκες ὄρυγμα ἔξωθεν τοῦ τείχους γινόμενον πρὸς ἔκπληξιν πολεμίων.

ΤΑ'ΧΑ, *forsitan, fortasse*. Sap. XIII. 6. (τάχα πλανῶνται) XIV. 19. Confer Rom. V. 7. Suidas: τάχα, ἴσως. Vide quoque Lexicon N. T. s. h. v.

ΤΑΧΕ'ΩΣ, *cito, celeriter*. הִרְגִּיעַ Hiph. *momentum transigo*. Jer. L. 44. — מִהֵר Pih. *festino*. Jud. IX.
48. Ies. VIII. 3. Inc. Psalm. XV. f
3. — מַהֵר, *festinus*. Prov. XXV. 8. —מְהֵרָה, *festinatio*. 2 Sam. XVII. 18. 21. — בִּמְהֵרָה, *in festinatione*. Cohel. IV. 12. — מָהַר Kal. Symmach. Psalm. XV. 3. Sap. VI. 5. *mox*. Sapient. XIV. 15. *præmature*. Sap. XIV. 28. *temere, præpostere*, quia, quæ celeriter fiunt, temere peragi soleant.

*ΤΑΧΙ'ΖΩ, *festino*, propr. *festi-* g
nare facio. לַמְנַצֵּחַ. Inc. Hab. III. 18. ταχίσας κατεπαύσατο. נִצַּח notat quoque *in cursu vincere*.

ΤΑΧΙΝΟ'Σ, *citus, celer, velox*. מָהִיר, idem. Aqu. Symm. Psalm. XLIV. 2. ταχινοῦ. — מִהֵר Pih. Ies. LIX. 7. ταχινοὶ δὲ πόδες αὐτῶν, veloces autem pedes eorum. Lex. Cyrilli MS. Brem. ταχινοί, ὀξεῖς,
γοργοί. — נִמְהָר part. Niph. Hab. h
I. 6. Sap. XIII. 2. Sir. XVIII. 26. πάντα ἐστὶ ταχινὰ (*subita*) ἔναντι κυρίου, i. e. *omnia simul videt et cognoscit Deus*. Sirac. XI. 22. ἐν ὥρᾳ ταχινῇ, *brevi tempore*. Nam quæ sunt velocia, brevi vel adveniunt vel abeunt.

ΤΑ'ΧΙΟΝ, adv. comparat. *citius, celerius*. Sap. XIII. 9. 1 Macc. II. 40. Confer 1 Tim. III. 14. Hebr.
XIII. 19. 23. et quæ ex profanis i
notat Grævius ad Luciani Solœcist. p. 751. Vide quoque Lexicon N. T. s. h. v.

ΤΑ'ΧΙΣΤΟΣ, adject. superlat. *citissimus, celerrimus*. 1 Maccab. XI. 22. ut convenirent εἰς Πτολεμαΐδα τὴν ταχίστην, in Ptolemaide *cito* seu *quam citissime*.

ΤΑ'ΧΟΣ, *celeritas, pernicitas, velocitas*. *בִּיעָף, *in lassitudine*. Dan. IX. 21. τάχει sec. cod. Chis. Recte

a Nam יְעָף h. l. *celeritatem* notat, coll. rad. Arab. وغف, *celeriter latus est.* — מִדְבָּר, *desertum.* Ez. XXIX. 5. ἐν τάχει. Videntur legisse הַמְּהֵרָה vel בִּמְהֵרָה. — *מַהֲמֹרוֹת, *foveæ.* Inc. Ps. CXL. 11. μετὰ πολλοῦ τάχους. Legerunt בִּמְהֵרוֹת, extrito Mem altero. — מִהֵר Pih. *festino.* 1 Reg. XXII. 9. 1 Par. XII. 8. Ies. V. 19. — *מָהִר,
c עָלַל, *iteravit, repetitis vicibus aliquid fecit*. Vide supra s. v. ῥέω, ac Rosenmüllerum ad h. l. Sap. VII. 24. διοικεῖ δὲ καὶ χωρεῖ διὰ πάντων, transit autem et *penetrat* omnia. Vide et v. 23. et conf. Joh. VIII. 37. et Fesselii Advers. Sacr. Lib. I. c. 2. p. 27. 2 Maccab. III. 40. τὰ μὲν κατὰ Ἡλιόδωρον — οὕτως ἐχώρησε, de Heliodoro quidem — res ita *processe-*
d *runt*. Vide et 2 Maccab. XIII. 26. XV. 37. et conf. Joh. VIII. 37. et ad h. l. Elsnerum p. 322.

ΧΩΡΙ'ΖΩ, *separo, sejungo*, et χωρίζομαι, *segregor, discedo, recedo*. בָּדָד, *solus*. Levit. XIII. 46. — בְּיַרְכָתַיִם יָמָּה, *in duobus lateribus occidentem versus*. Ezech. XLVI. 20. τόπος κεχωρισμένος. — הִבְדִּיל Hiph. Aqu. Deuter. X. 8. — מוּשׁ,
e *dimoveor*. Jud. VI. 18. — נִבְדַּל Niph. 1 Par. XII. 8. ἀπὸ τοῦ Γαδδὶ ἐχωρίσθησαν πρὸς Δαβὶδ, a Gaddi *discedebant* ad Davidem. Confer Act. I. 4. et ad h. l. Elsnerum pag. 355. Esdr. VI. 21. πᾶς ὁ χωριζόμενος (ἀπὸ) τῆς ἀκαθαρσίας τῶν ἐθνῶν, omnis, qui *separabat se* ab impuritate Gentilium. Conf. Nehem. IX. 2. et 3 Esdr. VII. 13. ubi ἀπὸ additur. — סָגַר, *claudo*. Inc. Levit. XIII. f
21. χωρίζει, *claudendo separat*. — פֶּרֶא, *onager, ferus*. Symm. Genes. XVI. 12. κεχωρισμένος (ἀπὸ) ἀνθρώπων, segregatus ab hominibus. Vulgo statuunt, eum legisse פָּרַד. Sed potius sensum expressit, nam *onager* est imago hominis solitariam vitam agentis. Vide quoque Hexapla. — פָּרַד. Jud. IV. 11. ἐχωρίσθησαν ἀπὸ Κενᾶ, *discesserunt* a Kena. g
Prov. XVIII. 1. ἀνὴρ βουλόμενος χωρίζεσθαι (ἀπὸ) φίλων, qui vult *separare se* ab amicis. Symmach. Prov. XIX. 4. Aquil. Hos. IV. 14. — קְדֵשָׁה, *meretrix*, quasi separata a reliquis et Veneris cultui consecrata. Theod. Hos. IV. 15. κεχωρισμένων. 3 Esdr. V. 39. ἐχωρίσθησαν τοῦ ἱερατεύειν, *remoti sunt a sacerdotio*, Hebr. וַיְגֹאֲלוּ מִן־הַכְּהֻנָּה, coll. h
Esdr. II. 62. Ib. IV. 44. χωρίζειν *deportare, abducere* notat et cum λαμβάνειν permutatur, ac in nonnullis libris ἐκχωρέω reperitur. Conf. ib. v. 57. Sap. I. 3. pravæ enim cogitationes χωρίζουσιν ἀπὸ Θεοῦ, *separant* a Deo. 1 Macc. I. 13. ἀφ' ἧς ἐχωρίσθημεν ἀπ' αὐτῶν, ex quo *recessimus* ab illis. 2 Macc. V. 21. εἰς Ἀντιόχειαν ἐχωρίσθη, Antiochiam *decessit*. Vide i
et 2 Macc. X. 19. XII. 12. et conf. Lex. N. T. s. h. v.

ΧΩΡΙ'ΟΝ, *locus, ager*. כֶּרֶם, *vinea*. 1 Par. XXVII. 27. ἐπὶ τῶν χωρίων, in *agris*. Confer Act. I. 18. 2 Macc. XI. 5. ἐν ἐρυμνῷ χωρίῳ, in *loco* munito. Vide et 2 Macc. XII. 7.

ΧΩΡΙ'Σ, *sine, absque, præter*. *לְבַד, *præter*. Aqu. sec. cod. X. k
Holm. Deut. XVIII. 8. — מִלְּבַד. Gen. XXVI. 1. Numer. VI. 21. — לְבַד מִן. Jud. XX. 15. 17. Aqu. Exod. XII. 37.

ΧΩΡΙΣΜΟ'Σ, *separatio, segregatio, sejunctio.* נִדָּה, *menstruum.* Lev. XII. 2. XVIII. 11. Zach. XIII. 1. sec. Vat. Inc. Lev. XV. 20. 24. 25. In Zach. l. l. Semlero vox χωρισμὸς videtur vitium scribarum, non interpretum. Legit ῥαντισμόν. Itala: *in aspersionem.* Sed admodum eum errare docent partim loca reliqua, partim series orationis, e qua apparet, חַטָּאת et נִדָּה esse h. l. synonyma.

ΧΩΡΟΒΑΤΕ'Ω, *per locum aliquem incedo, regionem obambulo, terram metior,* i. q. βηματίζω apud Strabon. VII. p. 322. D. Est a χῶρος, *locus, sedes,* et βατέω, quod pro πατέω lingua Delphorum. כָּתַב, *describo.* Jos. XVIII. 8. χωροβατήσατε τὴν γῆν. e
Excusari potest hæc versio, si verba vertantur: *obite terram, peragrate regionem,* sc. *eam describendi causa.* Scharfenbergius ad h. l. tamen monuit, pertinere hanc formulam ad הִתְהַלְּכוּ בָאָרֶץ, aut pro χωροβατῆσαι scribendum esse χωρογραφῆσαι. Vide et v. 9., ubi nihil pro hac voce in textu Hebr. legitur. Hesych. χωροβατεῖ, ἐν τῇ χώρᾳ f
περιπατεῖ. Conf. etiam Turnebi Advers. p. 1133.

ΧΩΡΟΓΡΑΦΕ'Ω, *regionem describo.* כָּתַב, *describo.* Inc. Jos. XVIII. 8. χωρογραφῆσαι. Strabo II. p. 163. A. et 168. D.

Ψ

ΨΑΘΥΡΟ'Ω, *arefacio.* יָבֵשׁ, idem. Aquila Psalm. CI. 4. ἐψαθυρώθη. Ita Biellus. Sed in Hexaplis Hebr. נִחָרוּ respondet. In Catena PP. GG. T. III. p. 7. Aquilæ loco ἐψαθυρώθη tribuitur ἐπυρώθη, quod mihi nihil aliud quam interpretamentum vocis rarioris ἐψαθυρώθη (quam etiam Theodoreti pag. 1316. auctoritas tuetur) esse videtur. — נִקֻּדִים, *punctati, mucore maculosi.* Aqu. Jos. IX. 5. ἐψαθυρωμένος aut potius ἐψαθυρωμένοι. Verbum hoc, quod, ut opinatur, Vulg. expressit per *in frusta comminuti,* quomodo conciliandum sit Hebræo, difficile visum est Scharfenbergio. Sed si vox Hebr. a יָקַד, *adurere,* derivatur, ut jam voluit R. Salomon, et ἐψαθυρωμένοι redditur per *aridi,* omnis hæc difficultas facile evanescet.

ΨΑΛΙ'Σ, *camera, fornix, orbis, figura arcuata.* בַּיִת, *domus.* Exod. XXX. 4. ἔσονται ψαλίδες ταῖς σκυτάλαις, erunt quasi *cameræ* lignis rotundis et politis sive vectibus, quas g
ingrediantur, vel quibus imponantur. Pollux Lib. IX. c. 5. p. 1012. ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς εἶδος οἰκοδομήματος, ὅπου καὶ Σοφοκλῆς ἐν Λακαίναις λέγει· — Στενὴν δ' ἔδυμεν ψαλίδα, κοὐκ ἀβόῤῥορον. — ἀλλὰ μὴν καὶ Πλάτων ἐν τοῖς Νόμοις (Lib. XII.)· Θήκην δ' ὑπὸ γῆς αὐτοῖς εἰργασμένην εἶναι ψαλίδα προμήκη, λίθων πολυτίμων. Suidas: ψαλίδα, ἣν ἡμεῖς ἀψῖδα φαμέν. Idem verba Pla- h
tonis modo adducta subjungit. Glossæ Philoxeni: ψαλὶς, ἡ ἁψίς. Hesych. ψαλὶς, τὸ ἄρμενον, καὶ καμάρα. Conf. Hemsterhus. not. ad Polluc. l. c. p. 1013. LXX ψαλίδας alias θήκας vocant (Vide Exod. XXV. 27. XXXVI. 32. XXXVII. 14.), quemadmodum Plato, ut modo vidimus, ψαλίδα in θήκην confectam

a esse memorat. — חֲשֻׁקִים, *cincturæ*. Exod. XXVII. 10. 11. *καὶ οἱ κρίκοι, καὶ αἱ ψαλίδες τῶν στύλων*, et circuli et *orbes* columnarum. Ib. XXXVIII. 10. 11. 12. Ψαλίδες apud Vitruvium sunt *prominentes aut frontati lapides, seu id, quod in fornice aut domo prominet, quomodo a simili forma prominentia columnarum capita vocant LXX*. Hesych. *ψαλίδες, ἀψῖδες τῶν*
b *στύλων*.

ΨΑ'ΛΛΩ, *psallo, fides pulso, fidibus cano*. זִמֵּר Pih. Psalm. IX. 7. *ψάλατε τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ*, canite Domino cithara. Vide et Psalm. CXLIII. 10. CXLIX. 3. et alibi sæpius. — נִגֵּן : נַגֵּן, *pulso*. 1 Sam. XVI. 23. *ἐλάμβανε Δαβὶδ τὴν κινύραν, καὶ ἔψαλλεν ἐν χειρὶ αὐτοῦ*, accipiebat David citharam et *percutiebat* manu
c sua. Vide et 1 Sam. XVI. 16. XVIII. 10. XIX. 9. et conf. Spanhemium Obss. in Callimachum pag. 55. et 469. ac Berglerum not. ad Alciphron. Epist. pag. 70. Suidas: *ψαλλομένη, τιλλομένη. κυρίως δὲ ψάλλειν, τὸ τῷ ἄκρῳ τῶν δακτύλων τῶν χορδῶν ἅπτεσθαι*. Sir. IX. 4. *ψαλλούσης, quæ ludit et canit fidibus, psaltricis, cantatricis, fidicinæ*. Vulg. *saltatri-*
d *cis*, quasi legerit *ἀλλούσης* vel *ἀλλομένης*, quæ lectio minime inepta esset.

ΨΑΛΜΟ'Σ, *citharæ sonitus, pulsatio et cantus fidium, carmen, quod fidibus canitur, carmen, quod voce et fidibus canitur*, it. *organon, quod nervis intentum pulsatur, vel manu vel plectro*. זִכָּרוֹן, *memoria*. Zach. VI. 14. Carmen in honorem alicu-
e jus compositum est etiam *monumentum*. Nam זִכָּרוֹן est h. l. *id, quo mediante aliquid in memoriam revocatur*. — זְמִירָה. 2 Sam. XXIII. 1. Psalm. XCIV. 2. — זִמְרָה. Ps. LXXX. 2. *λάβετε ψαλμὸν καὶ δότε τύμπανον*, sumite *citharam* et date tympanum. Amos V. 23. *ψαλμὸν ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι, sonitum* instrumentorum tuorum non audiam. — זַמֵּרָה infin. Pih. cum ה parag. f
Psalm. CXLVI. 1. — כְּלִי טָהוֹר, *vas purum*. Ies. LXVI. 20. *μετὰ ψαλμῶν*, h. e. *μετ' εὐφροσύνης*, ut in Ald. additum legitur. Ita sc. metaphorice accepisse videtur formulam Hebraicam. — מִזְמוֹר. Psalm. III. 1. IV. 1. et in reliquis titulis odarum Davidicarum, ubi speciatim notat *carmen, quod voce et fidibus canitur, et quo Dei laudes virtutesque* g
celebrantur et canuntur. Lex. Cyrilli MS. Barocc. *ψαλμὸς, λόγος μουσικὸς, ὅταν εὐρύθμως κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς λόγους πρὸς τὸ ὄργανον κρούεται*. Confer Basilium in Ps. XXIX. — מַנְגִּינָה, *modulatio*. Al. Thren. III. 63. — נֶבֶל, *nablium*. Psalm. LXX. 24. — נְגִינָה, *modulatio*. Thren. III. 14. V. 14. Inc. Thren. III. 63. — נַגֵּן *pulso*. Al. 1 Sam. XVI. 18. *εἰδότα τὸν ψαλμὸν*, scientem *fides pulsare*. Ita Josephus Antiqu. Jud. VI. 14. *προσέταξε τῷ ψαλμῷ καὶ ταῖς ὕμνοις ἐξᾴδειν αὐτόν*. Phavorinus et Schol. Aristoph. in Av. v. 218. *ψαλμὸς κυρίως, ὁ τῆς κιθάρας ἦχος*. Conf. Spanhemii Obss. in Callimach. pag. 55. — עוּגָב, *organum*. Job. XXI. 12. XXX. 31. — שִׁגָּיוֹן, *cantio erratica*. Ps. VII. 1. — שִׁיר, *canticum*. Ps. XLV. 1.

ΨΑΛΜΩΔΟ'Σ, *qui fidibus aut psalmis canit*. מְשֹׁרֵר, *cantor*, part. Pih. Al. 1 Paral. VI. 33. Vide et Sir. L. 21.

ΨΑΛΤΗ'ΡΙΟΝ, *psalterium, instrumentum, quo psallitur*. כִּנּוֹר, *cithara*. Gen. IV. 20. (ubi tamen suspicari quis posset vocabula *ψαλτήριον καὶ κιθάραν* sive incuria interpretis sive librariorum culpa transposita esse.) Ps. XLVIII. 4. LXXX. 2. Aquil. 1 Sam. XVI. 16. Symm. Ps. XLII. 4. Ies. XVI. 11. Theodot. 1 Sam. XVI. 23. Sed est vox *ψαλτήριον*

a ibi Aquilæ reddenda, ut e v. 16. luculenter apparet. — נֵבֶל, *nablium.* Nehem. XII. 27. Ps. XXXII. 2. LVI. 11. — נְגִינָה, *modulatio.* Ies. XXXVIII. 20. — *סֵפֶר תְהִלִּים, *liber laudum,* qui apud nos dicitur *liber Psalmorum.* In titulo Psalmorum sec. MS. Alexandrinum. — פְּסַנְתֵּרִין : פְּסַנְטֵרִין plur. Chald. ex Gr. ψαλτήρια. Dan. III. 5. 7. 10.
b 15. — תֹּף, *tympanum.* Job. XXI. 12. Sap. XIX. 17. Sir. XL. 23. Suidas: ψαλτήριον, ὄργανον μουσικὸν, ὅπερ καὶ νάβλα (ita bene Küsterus pro ναῦλα) καλεῖται.

ΦΩΝΗ' ΨΑΛΤΗΡΙ'ΟΥ, *vox psalterii.* שִׁיר עֲגָבִים, *canticum amatiorum,* i. e. *amatorium.* Ez. XXXIII. 32.

ΨΑ'ΛΤΗΣ, *psaltes, cantor, citha-*
c *rista.* 3 Esdr. V. 65. (42.) ψάλται καὶ ψαλτῳδοὶ, Hebr. מְשֹׁרְרוֹת, coll. Esdr. II. 65. Confer Perizon. ad Ælian. V. H. IX. 35.

ΨΑΛΤΟ'Σ, *qui psalli potest, ad psallendum aptus, citharæ aptus, cantabilis.* זְמִירָה, *cantus, canticum, etiam objectum cantici.* Ps. CXVIII. 54. ψαλτὰ ἦσάν μοι τὰ δικαιώματά σου. Vulg. *cantabiles.* Sensus: ego
d carminibus celebravi.

ΨΑΛΤΩΔΕ'Ω, *psalmos canto, cano simul voce et psallo, laudes cano.* שׁוֹרֵר Pih. a שׁוּר, *cano.* 2 Par. V. 12.

ΨΑΛΤΩΔΟ'Σ, *psalmorum cantor.* מְשֹׁרֵר part. Pih. 1 Paral. VI. 33. IX. 33. et alibi. — שִׁיר, *canticum.* 1 Par. XIII. 8. ubi pro ψαλτῳδοῖς legere mallem ψαλμοῖς aut ᾠδαῖς,
e ut habet Compl. E conjunctione utriusque lectionis ψαλτῳδοῖς ortum esse videtur. 2 Par. XXIX. 28. Lex. Cyrilli MS. Brem. ψαλτῳδὸς, ὁ τὰς ᾠδὰς (lege ταῖς ᾠδαῖς) χρώμενος, μελικῶς.

ΨΑ'ΜΜΟΣ, *arena, sabulum.* Sap. VII. 10. Hesych. ψάμμος, ἡ παραθαλάσσιος γῆ, ἄμμος.

ΨΑΜΜΩΤΟ'Σ, *arenatus, arenosus.* Sirac. XXII. 17. κόσμος ψαμμωτός. f
Vide s. v. κόσμος.

ΨΑΡΟ'Σ, *sturni in morem varius, sturnorum maculis insignis, albis scilicet vel cinereis.* אֲמֻצִּים plur. *robusti,* sec. al. *rufi.* Zach. VI. 3. ἵπποι ποικίλοι καὶ ψαροὶ, equi variegati et sturni avis ad instar albis vel cinereis maculis insignes. Chaldæus transtulit *cinereos.* Uterque interpres ex Houbigantii sententia legit צְבֻעִים, *varii* seu *sparsi variis* g
coloribus. Vide et v. 7. Hesych. ψαροὶ, ποικίλοι, εἶδος χρώματος. Idem: ψαρὸν, ποικίλον, σποδοειδές. Lex. Cyrilli MS. Brem. ψαρὸς, ποικίλος, εἶδος χρώματος σποδοειδής. Eustathius sub finem Lib. XVII. Iliad. ὅτι δὲ ἐκ τοῦ ψὰρ ψαρὸς γίνεται ψαρὸς ἵππος, ὁ κατὰ τὸν ψᾶρα ποικίλος, καὶ, ὡς εἰπεῖν, βαλιὸς, οὐκ ἔστιν ἀμφιβολεῖν. Conf. Bochartum Hier. P. I. Lib. II. c. 7. p. 110. Cum vero ex his manifes- h
tum sit, quod ψαροὶ sint *sturni in morem varii,* non immerito quæritur, cur apud LXX vox illa non respondeat בְּרֻדִּים, *grandinati,* sed sequenti אֲמֻצִּים, quo *rufi* significantur. Bochartus l. c. ad quæstionem illam ita: "Ex Hieronymo discere est, quædam exemplaria habuisse πυῤῥοὺς, non ψαροὺς, quæ vera erat lectio, quamvis ille mendosam putet. Græcorum nempe interpretum alii, ni fallor, scripse- i
rant ἵπποι ποικίλοι, πυῤῥοὶ, alii ἵπποι ψαροὶ, πυῤῥοί. Unde tandem factum est, ut alterum loco cederet. Ita Zach. I. 8. καὶ ὀπίσω αὐτοῦ ἵπποι πυῤῥοὶ, καὶ ψαροὶ, καὶ ποικίλοι καὶ λευκοί. Vide utrumque ψαροὶ et ποικίλοι pro Hebræo שְׂרֻקִּים (Bochartus conjicit, LXX רְקֻשִׁים legisse.) gemina vocis unius versione in textum intrusa." Confer ad h. l. Rosenmüllerum.

ΨΕΚΑ'Σ, *ros, guttula roris,* spe-

a ciatim: *gutta minuta in modum roris, stilla, stillicidium.* זֶרֶם, *inundatio.* Theod. et LXX Job. XXIV. 8. — רְבִיבִים plur. Aqu. Deuter. XXXII. 2. Mich. V. 7. Symmach. Ps. XLIV. 11. Reliqui Ps. LXXI. 6. — רְסִיסִים plural. *aspersiones.* Aqu. Symmach. LXX Cant. V. 3. Hesych. *ψεκάδες, ῥανίδες, σταγόνες.*

ΨΕΛΛΙ'ΖΩ, *balbutio.* Ψελλίζων, b ουσα, *balbus, balbutiens.* עִלֵּג. Ies. XXXII. 4. *αἱ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι, linguæ balbutientes.* Vide et Ies. XXIX. 24. ubi in Hebr. nihil pro hac voce legitur. Hesych. *ψελλίζειν, ἀσχήμως λαλεῖν.* Bielio legendum videtur *ἀσήμως.* Non male. Certe idem alio loco habet: *αἱ ψελλίζουσαι, αἱ ἀσήμως λαλοῦσαι.* Sed receptam lectionem defendere conatus est Ernesti in Notis ad Gloss. Sa-
c cras Hesychii p. 9. Suidas: *ψελλὸς, ἀσήμως καὶ ἀνάρθρως λαλῶν, τραυλός.*

ΨΕ'ΛΛΙΟΝ vel ΨΕ'ΛΙΟΝ, *frænum, torques, annulus* sive *circulus uncatus, armilla.* חוֹחַ, *spina,* item, *hamus.* Job. XL. 21. *ψελλίῳ* (hic aperte legerunt חָח, ut codd. quidam Kennicott. habent) *δὲ τρυπήσεις τὸ χεῖλος αὐτοῦ.* Al. ibi *ψελίῳ.* Conf. Fischerum ad Weller. Gramm. Gr.
d Spec. I. p. 152. seq. Vulgatus vertit: *aut armilla perforabis maxillam ejus.* "Sed *ψέλιον,*" sunt verba Schefferi de Re Vehicul. Lib. I. c. 13. p. 172., "nihil aliud h. l. quam circulus sive annulus. Solebant enim ferarum malis perforatis inserere annulos ferreos, ut per immissos illos annulos funes ducerent, et huc illucque flecterent, sibique ob-
e sequentiores facerent. Quod nos ipsos in ursis aliquoties vidisse meminimus. Atque hinc est illud *τρυπήσεις ψελίῳ,* quod non recte Castilionius videtur accepisse, quando reddidit: *Et buccam cuspide perforabis.* Ψέλιον enim non est *cuspis.* Suidas *περιοχὴν* exposuit, adducto hoc ipso Jobi loco, quod significat aliquid, quod rem aliam tenet clausam. Omnino *ψέλιον* apud Jo- f bum uncus circularis est, in quo per maxillas transmisso captus suspendere solent pisces. Ut sensus sit: Non poteris Leviathan, maximum ex cetorum genere, sic uncato circulo tenere clausum captumque, sicut soles pisces minutos in circulo tali suspendere." Sicuti autem Job. l. c. pro *ψελλίῳ* Al. habent *ψελίῳ,* ita *ψέλλιον* et *ψέλιον* alias etiam scribitur, et Attici pro eo dicunt *ψάλλιον* et *ψάλιον,* vel, ut alii scribunt, g *ψαλλίον.* Moeris Atticista: *ψάλλια, ἐν τῷ α Ἀττικῶς. διὰ τοῦ ε ψελλοῦ Ἕλληνες.* Suidas: *ψαλλίοις, χαλινοῖς.* Hesych. *ψαλλίον, κωλυτήριον, χαλινός.* Idem: *ψαλίοις ἵππων, χαλινοῖς ἵππων, κωλυτηρίοις.* Schol. Aristoph. in Pac. v. 154. *ψαλίων, τῶν χαλινῶν.* Confer Pollucem Lib. X. c. 12. segm. 54. et Hemsterhusii notas ad h. l. — צָמִיד. Gen. XXIV. 22. *δύο ψέλλια ἐπὶ τὰς χεῖρας αὐτῆς,* duas *armillas* h super manus ejus. Vide et Num. XXXI. 50. Ez. XVI. 11. XXIII. 42. Cod. Alex. ibi habet *ψέλια* et *ψέλια,* ut legitur etiam in ed. Rom. Ezech. XVI. 11. et apud Philonem p. 229., observante Sebero ad Polluc. Lib. V. cap. 16. segm. 99. — קִשֻּׁרִים plur. *redimicula.* Ies. III. 19. Vide et Judith. X. 4. et Brissonium de Regno Persar. Lib. I. §. 146. Hesych. *ψέλλια, δακτύλια, λύγαια.* Suidas: *ψέλλιον, ὁ κόσμος τῆς χειρός.* Lex. Cyrilli MS. Brem. *ψίλη* i *καὶ ψίλια καὶ ψέλια, ὁ ἐπιτιθέμενος κόσμος ἐπ' ἄκρων χειρῶν, οἱ δὲ τῶν ἵππων χαλινοὶ ψάλια λέγονται.* Similiter Ammonius inter *ψάλλιον* et *ψέλλιον* differentiam esse docet: *Ψάλλιον καὶ ψέλλιον διαφέρει. ψάλλιον μὲν τοῦ ἵππου, ψέλλιον δὲ τὸ ἄκροις βραχίοσι περιτιθέμενον κόσμιον.* Sed Moeris rectius, ut modo vidimus, differentiam vocum harum non in significatu, sed in eo ponit, quod illud Attice, hoc communi Græcorum

dialecto dicatur. Confer quoque Schæferum ad Dionys. Hal. de Compos. Verborum p. 253.

ΨΕΥΔΗ'Σ, *mendax, fallax, falsus.* אַכְזָב. Jerem. XV. 18. — הַוָּה, *ærumna.* Proverb. XVII. 4. הַוָּה h. l. *perversitatem, impietatem* notat, quam notionem Interpres quoque τῷ ψευδὴς ex usu SS. subjecit. — הָפְקַד Hoph. a פָּקַד, *visitor.* Jer.
b VI. 6. ubi Cappello legisse videntur הַשֶּׁקֶר. Michaëlis ad h. l. confert Syr. ܟܠܒܐ, *rabies,* maxime *canina,* unde Thalmudicis פקר est *errare.* Mihi autem *urbs impia* (ita enim h. l. mihi ψευδὴς vertendum videtur) et *urbs, a qua ultio sumetur* aut *sumenda est,* minime differre videtur. — חָמָס, *vis, violentia.* Amos VI. 3. — חִנָּם, *frus-*
c *tra.* Proverb. XXIV. 28. — כִּדְבָה Chald. Dan. II. 9. — כָּזָב, *mendacium.* Jud. XVI. 10. Ps. XXXIX. 6. et alibi sæpius. — כַּחַשׁ, idem. Hos. X. 14. Nah. III. 1. — כֶּחָשִׁים plur. Ies. XXX. 9. — עִקֵּשׁ, *perversus.* Prov. XXVIII. 6. — רֶשַׁע, *improbitas.* Proverb. VIII. 7. ubi Houbigantius eos שֶׁקֶר legisse opinatur. — שֹׁד, *vastitas.* Proverb.
i XXIV. 2. — שָׁוְא, *falsitas.* Deut. V. 18. Ezech. XII. 24. XIII. 6. et alibi. — שֶׁקֶר, idem. Ex. XX. 14. 1 Reg. XXII. 22. 23. et alibi sæpius. Sirac. VIII. 19. ubi ψευδὴς χάρις, *gratia falsa,* non est *benevolentia ficta,* sed *gratia mala* (ein schlechter Dank, *an ill turn*), nempe pro candore, quo aliquis animum suum alteri aperuit.

ΨΕΥΔΗ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *mendax fio.* כִּחֵשׁ Pih. Proverb. XXX. 10. — נִכְזַב Niph. Prov. XXX. 6.

ΨΕΥΔΕ'Σ "ΙΣΤΗΜΙ, *falsum statuo.* שֶׁקֶר כָּזָב, *falso mentior.* Mich. II. 11.

ΦΗΜΙ' ΤΙΝΑ' ΨΕΥΔΗ͂ ΛΕ'ΓΕΙΝ, *dico aliquem falsa dicere.* הִכְזִיב Hiph. *mendacem facio.* Job. XXIV. 25.

*ΨΕΥΔΟΘΥ'ΡΙΟΝ, *falsa porta.* f
Dan. XIV. 20. sec. cod. Chis. τὰ ψευδοθύρια. Theod. τὰς κρυπτὰς θύρας. Vide ψευδοθυρίς.

*ΨΕΥΔΟΘΥΡΙ'Σ, idem. Dan. XIV. 14. sec. cod. Chis. διὰ ψευδοθυρίδων εἰσελθόντες. Hist. Bel. v. 20. κρυπτὰς θυρίδας, et v. 12. κεκρυμμένην εἴσοδον.

*ΨΕΥΔΟΛΟΓΕ'Ω, *falsum dico, mentior.* דִּבֵּר כָּזָב, *dico mendacium.* g
Dan. XI. 27. sec. cod. Chis. ψευδολογήσουσι. Adde Athen. V. p. 215. D. et Etymol. M. 304. 17.

ΨΕΥ'ΔΟΜΑΙ, *mentior, fallo, spem fallo, decipio, celo, nego, abnego.* בָּדָא. Nehem. VI. 8. ἀπὸ καρδίας σὺ ψεύδῃ αὐτοὺς (sic alii rectius pro αὐτοῦ), ex corde mentiris illis. — יָפֵחַ, verbale, *spirans.* Ps. XXVI. 18. ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ, mentita h
est iniquitas sibimet ipsi. — כִּזֵּב Pih. Job. XXXIV. 6. ἐψεύσατο δὲ τῷ κρίματί μου, mentitus autem est judicio meo. Vide et Ps. LXXVII. 40. LXXXVIII. 35. Ies. LVII. 11. τίνα εὐλαβηθεῖσα ἐφοβήθης καὶ ἐψεύσω με, quem reverita timuisti, ut *fefelleris* me. Sic ψεύσασθαι θεοὺς apud Appianum Bell. Pun. p. 24. est deos *fallere.* — כִּחֵד Pih. *abscondo.* Job. VI. 10. οὐ γὰρ ἐψευσάμην ῥήματα ἅγια Θεοῦ μου, non enim i
celavi verba sancta Dei mei. Vide et Job. XXVII. 11. — כִּחֵשׁ Pih. Lev. VI. 2. ψεύσηται πρὸς τὸν πλησίον ἐν παραθήκῃ, mentiatur proximo in deposito, vel se non accepisse depositum dicat. Vulg. *negaverit proximo.* Lev. VI. 3. ψεύσηται περὶ αὐτῆς, mentiatur de illa. Deut. XXXIII. 29. ψεύσονταί σε οἱ ἐχθροί σου, mentientur tibi inimici tui, h. e. non ex

a animi sententia, sed ex metu perditionis subditos tuos se declarabunt. Vide et Psalm. LXV. 2. et conf. 2 Sam. XXII. 45. Ps. XVII. 49. ubi David de filiis peregrinis sensu eodem ἐψεύσαντό μοι, mentiti sunt mihi. Sic etiam Ps. LXXX. 13. Job. VIII. 18. ὁ τόπος ψεύσεται αὐτὸν, locus *abnegabit* illum, h. e. *auferetur e loco suo*, ita ut nullum ejus vestigium appareat. Ies. LIX. b 13. ἠσεβήσαμεν καὶ ἐψευσάμεθα, impie egimus et mentiti sumus, vel: *fidem datam fefellimus*. Jer. V. 12. ἐψεύσαντο τῷ Κυρίῳ αὐτῶν, *negaverunt* Dominum suum. Hos. IX. 2. οἶνος ἐψεύσατο αὐτοὺς, vinum *spem* illorum *fefellit*. Hab. III. 16. ψεύσεται ἔργον ἐλαίας, *spem fallet* cultura olivæ. Sic *mentiri* usurpatur Horatio. Cf. Drusii Miscell. Cent. I. c. 78. — שָׁקַר. Aqu. Ps. LXXXVIII. 33. c οὐ ψεύσομαι, non mentiar, vel non *fallam*. Sap. XII. 24. νηπίων δίκην ἀφρόνων ψευσθέντες, infantium more stultorum *decepti*. Suidas: ψευσθέντα, ἀπατηθέντα. Idem verba hæc ex scriptore antiquo subjungit: ψευσθέντα δὲ αὐτὸν ὑπ' ἀνδρὸς ἀπατεῶνος, μὴ μένειν ἀπόμαχον. Confer L. Bos ad Act. V. 3. pag. 74. et Lex. N. T. s. h. v. Sir. VII. 14. μὴ θέλε ψεύδεσθαι πᾶν ψεῦδος, ne velis men- d tiri omne mendacium, h. e. nullum mendacium velis proferre, ne velis uti ullo mendacio. Susann. v. 54. ἐψεύσω εἰς τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, mentitus es in proprium caput. 1 Macc. XI. 53. ἐψεύσατο πάντα, ὅσα εἶπεν, fidem violavit, non servavit promissa. Josephus A. J. XIII. 5. §. 3. τὰς ὑποσχέσεις διεψεύσατο.

*ΨΕΥΔΟΜΑ'ΡΤΥΡ, *falsus testis*. Hist. Sus. 60. cod. Chis.

e ΨΕΥΔΟΜΑΡΤΥΡΕ'Ω, *falsum testimonium dico*. עָנָה, *respondeo*. Ex. XX. 16. Deut. V. 18. In utroque loco simplici μαρτυρεῖν uti potuissent, quia sequitur: μαρτυρίαν ψευδῆ.

ΨΕΥΔΟΠΡΟΦΗ'ΤΗΣ, *falsus propheta*. נָבִיא, *propheta*. Jerem. VI. 13. XXVI. 7. Reliqui Jer. XXVIII. 9.

ΨΕΥ͂ΔΟΣ, *mendacium, fraus*. f *חָמָס. Amos VI. 3. ψευδῶν. Legisse videntur כַּחַשׁ. — כָּזָב. Ps. IV. 3. V. 6. Ies. XXVIII. 15. 17. — כַּחַשׁ. Job. XVI. 8. Ps. LVIII. 14. Hos. VII. 3. — כַּחֵשׁ infin. Pih. Hos. IV. 2. — *מִרְמָה. Dan. VIII. 25. sec. cod. Chis. — עֲגָבִים plur. *amationes, canticum amatorium*. Ezech. XXXIII. 31. ὅτι τὸ ψεῦδος ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Cappellus in Notis Critt. ad h. l. pag. 556. conjicit, g pro ψεῦδος legendum esse ψαλτήριον, coll. v. 32. Mihi vero paulo liberius sensum exprimere voluisse videntur. — עֹשֶׁק וְנָלוֹז, *extorsio et perversitas*. Ies. XXX. 12. — שֶׁקֶר. Prov. XX. 20. ἄρτος ψεύδους, panis fraudis, h. e. *fraude acquisitus*. Ies. XLIV. 20. Jerem. VIII. 10. et alibi. Aqu. 1 Sam. XXV. 21. ψεῦδος pro לַשֶּׁקֶר, ubi quilibet videt omissum esse εἰς, ac εἰς ψεῦδος significare *ita, ut mihi ipse fraudem fecerim*. h Adde Aqu. Theod. Prov. X. 18. Interdum ψεῦδος latius patet ac *animum malignum* (qui subjacet cuivis fraudi), *malitiam, pravitatem, scelus* notat, v. c. Sirac. VII. 12. coll. v. 13. et Prov. III. 29. Hesych. ψεῦδος, ἀπάτη, πλάνη.

ΨΕΥ͂ΣΜΑ, *mendacium*. *כָּזַב, *mentior*. Aqu. Theod. Job. XXXIV. i 6. — כָּזָב, *mendacium*. Symmach. Psalm. LX. 3. Proverb. XXIII. 3. — שֶׁקֶר. Symm. Job. XIII. 4.

ΨΕΥ'ΣΤΗΣ, *mendax, qui mentitur*, etiam *impius*. כָּזָב, *mendacium*. Prov. XIX. 22. — כֹּזֵב part. Ps. CXV. 2. Sirac. XV. 8. ψεῦσται, *impii*. Syrus: *qui loquuntur malum*. Sirac. XXV. 4.

ΨΗΛΑΦΑ'Ω, *contrecto, palpo*.

נִגֵּשׁ Pih. Ies. LIX. 10. — מוּשׁ: הֵמִישׁ, Kal et Hiph. Gen. XXVII. 12. *μήποτε ψηλαφήσῃ με ὁ πατὴρ*, ne *contrectet* me pater. Vide et v. 21. 22. ac conf. Luc. XXIV. 39. Jud. XVI. 27. LXX ψηλαφᾷν. Inc. ποιεῖν ψηλαφᾷν. Nah. III. 1. Zach. III. 9. — מִשֵּׁשׁ Pih. Deut. XXVIII. 29. Job. V. 14. *τὸ δὲ μεσημβρινὸν ψηλαφήσουσι ἴσα νυκτί*, in meridie palpabunt tanquam in nocte. Vide et Job. XII. 25. — שׂוּם, *pono*. Zach. IX. 13. Legerunt מַשְׁתִּיךְ.

ΨΗΛΑ΄ΦΗΣΙΣ, *contrectatio, palpatio*. Sap. XV. 15.

ΨΗΛΑΦΗΤΟ`Σ, *palpabilis, contrectabilis, qui tactu percipi potest.* יָמֵשׁ fut. Niph. a מָשַׁשׁ. Exod. X. 21. ψηλαφητὸν σκότος, *palpabiles* tenebræ. — *מֶשִׁי, *sericum*, secundum alios: *velum pellucidum*. Aqu. sec. Ed. Primam Ezech. XVI. 10. Deduxit a rad. מָשַׁשׁ, *palpavit, contrectavit*.

ΨΗΦΙ΄ΖΩ, *calculo, supputo.* *חָשַׁב. Inc. Levit. XXVII. 23. ex Cod. Coisl. In Lips. perperam ψιφήσει. K. — סָפַר. Aqu. Ps. XLVII. 13. ubi Symm. voce ἀριθμέω usus est.

ΨΗΦΙ΄ΟΝ, *calculus*. צָרוֹר, *lapillus acutus, silex*. Aqu. Amos IX. 9.

ΨΗΦΙ`Σ, *calculus, lapillus*. חוֹצֵץ part. *excidens*. Symm. Prov. XXX. 27., qui hic legit vocem ea ratione punctatam, qua nomen est, nempe חָצָץ. Hesych. ψηφῖδες, ψῆφοι, μικροὶ λίθοι.

ΨΗ΄ΦΙΣΜΑ, *calculus, scitum, decretum, consultum*. פּוּר, vox Persica, *sors*, it. *decretum per sortem*. Esth. IX. 24. Vide et 2 Macc. VI. 8. X. 8. XII. 4. XV. 36. Hesych. ψηφίσματα, γνῶμαι ἀρέσκουσαι.

ΨΗΦΟΛΟΓΕ΄Ω, *lapillis sterno, artem circulatoriam exerceo, musaico* vel *musico opere et vermiculato sterno*. רָצוּף part. Pih. *stratus*. Ed. Quinta Cant. III. 10. ἐψηφολόγησεν. Tob. XIII. 16. λίθῳ ἐκ σουφεὶρ ψηφολογήσονται, lapide ex Suphir *tessellabuntur*, aut *quasi tesseris quibusdam distinguentur*. Vide ad h. l. Baduellum. Lexic. vet. ψηφολογῶ, *tessello*. Idem: ψηφολογία, *tessellatus, pavimentum*. Sic et vocem ψηφὶς pro *pavimento tessellato* occurrere observat Valesius ad Sozom. p. 97.

ΨΗ͂ΦΟΣ, i. q. ΨΗΦΙ`Σ, *calculus, lapis, suffragium, sententia*. חָצָץ, *scrupus*. Thren. III. 16. ψήφῳ, *lapillis*, id est *pane lapidoso*, ut Seneca loquitur de Benef. II. 7. Adde Prov. XX. 17. Vide ad h. l. Opuscula Critica p. 399. seq. — חֶשְׁבּוֹן, *supputatio*. Cohel. VII. 26. — צֹר, *culter acutus*. Exod. IV. 25. λαβοῦσα Σεπφώρα ψῆφον, περιέτεμε τὴν ἀκροβυστίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, sumens Sepphora lapidem (sc. acutum s. cultrum saxeum) circumcidebat præputium filii sui. Theodotion ibi pro ψῆφον habet ἀκρότομον, sc. λίθον, *lapidem acutissimum*, ac Symm. ψῆφον πέτρινον. Vide supra in v. ἀκρότομος, et conf. πέτρα ἀκρότομος. Ita *acuto silice* sacerdotes Cybeles virilitatem sibi amputasse ex Catullo Epigr. 64. aliisque viri docti observant. Conf. Abicht Diss. de Cultris Saxeis ad Jos. V. 2. p. 8. Et Æthiopes λίθῳ ὀξεῖ ἀντὶ σιδήρου usos fuisse ad cuspidem sagittæ testatur Pollux Lib. I. c. 10. segm. 138. Conf. Herodoti et Agatharchidis loca observata Bocharto Hieroz. P. II. Lib. 6. c. 11. p. 842. et notata supra in v. σμυρίτης. Sic et Ægyptiorum παρασχίστας in exenterationibus cadaverum λίθῳ Αἰθιοπικῷ ὀξεῖ usos fuisse, auctor est Herodotus Lib. II. c. 86. Idem Lib. III. c. 8. de Arabibus memorat, quod fœdus ineuntium vola manus a tertio inter utrosque stante *acuto lapide* feriatur. Conf. et Ramiresium de Prado Pentec. cap. IV. p. 28. seq. et Dey-

a lingium Obss. Sacr. P. II. p. 116. seq. — מִסְפָּר, *numerus*. Aquila Deut. XXXII. 8. Symm. Cohel. V. 17. ubi ψῆφος *numerum* notat. Sir. XVIII. 9. ψῆφος ἄμμου, *granum* arenæ, s. arenula, ubi ψῆφος *granum seu partem minutam quamvis* notat. Syrus ܦܪܕܬܐ, quod Græco κόκκος respondet Matth. XIII. 31. Vulg. *calculus*, quod est deminu-
b tivum a *calx*, *lapis*.

ΨΙΘΥΡΙ'ΖΩ, *mussito*, *susurro*, metaphorice *obtrecto*, *calumnior*, *occulta delatione accuso*. הִתְלַחֵשׁ Hithp. 2 Sam. XII. 19. Ps. XL. 8. Symm. Ps. LVII. 6. Sirac. XXI. 30. μολύνει τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ ψιθυρίζων, polluit semet ipsum *susurrans* vel *calumnians*. Vide et Sirac. XX. 20. Hesych. ψιθυρίζει, εἰς τὸ οὖς ἠρέμα
c διαλέγεται. Similiter Suidas, qui præterea etiam per διαβάλλει verbum exponit. Adde Platon. in Gorgia T. I. Opp. p. 485. D.

ΨΙΘΥ'ΡΙΣΜΑ, *mussitatio*, *susurrus*, *lene murmur*. שֶׁמֶץ, *susurrus*. Symm. Job. XXVI. 14.

ΨΙΘΥΡΙΣΜΟ'Σ, idem. לַחַשׁ. Cohel. X. 11. ἐν οὐ ψιθυρισμῷ, cum non adsit *susurratio*, h. e. sine *in-*
d *cantatoris ac venefici carmine*. Aqu. Ies. III. 3. — שֶׁמֶץ, *susurrus*. Symmach. Job. IV. 12. XXVI. 14. Lex. Cyrilli MS. Bar. ψιθυρισμὸς, ἀπαῤῥησίαστον φθέγμα, καὶ λαθραία κακολογία.

ΨΙ'ΘΥΡΟΣ, *susurro*, *detractor*, *occultus delator*, *clandestinus vituperator*, ita dictus a sono, quem edit, nam, ut Pollux Lib. V. 90. monuit,
e est proprius hirundinum. Sir. V. 16. XXVIII. 14.

ΨΙΛΗ', sc. ΣΤΟΛΗ', *stola nuda*, *vestis genus*. אַדֶּרֶת, *pallium* aut *peristroma*, *toga*. Jos. VII. 21. 24. ubi ψιλὴ dicitur, quia erat *tonsum*, neque *villosum et asperum*. Gloss. vett. ψιλὴ, *aulæum*. Item: *Babylonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. Cyrillus dicit, ψιλὴν ποικίλην quorundam opinione esse στρατιωτικὴν στολήν. f Josephus vocat χλαμύδα (Theodoretus legit χλανίδα) βασίλειον, et addit: ἐκ χρυσοῦ πᾶσαν ὑφασμένην. Bochartus Phal. Lib. I. c. 6. p. 33. *Græcam versionem maxime probo, quæ hic habet* στολὴν ποικίλην, *aut, ut alii,* ψιλὴν ποικίλην, *stolam nudam variam. Forte utrumque Græci scripserant:* στολὴν ψιλὴν ποικίλην. Ψιλὴν *supple* μαλλῶν *aut* τριχίων, *villis aut pilis* g *nudam, ut distinguatur ab* אַדֶּרֶת שֵׂעָר, *quæ illis* μηλωτὴ *et* δέῤῥις τριχίνη. Hesychius ψιλὸν inter alia interpretatur ἄτριχον. Vide ad Jos. l. l. Scharfenbergium et Fischerum de Verss. Græcis V. T. p. 87.

ΨΙΛΟ'Ω, *nudo*, *denudo*, *deglabro*, *depilo*. שִׁלַּח Pih. *demitto*. Ezech. XLIV. 20. τὰς κόμας αὐτῶν οὐ ψιλώσουσι, comas suas non *nudabunt*. h

ΨΟ'Α, *lumbus* vel *lumborum caro musculosa*, *clunis*, it. *partes corporis*, *quibus renes inhærent*. חֹמֶשׁ, *quinta pars*, *quinta costa*. 2 Sam. II. 23. III. 27. ἐπάταξεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ψόαν, percutiebat illum in *clunem*. Glossæ: ψόα, *clunis*. 2 Sam. XX. 10. — כֶּסֶל, *ilia*. Ps. XXXVII. 7. αἱ ψόαι μου ἐπλήσθησαν ἐμπαιγμάτων, circa *spinam* meam *musculi* impleti sunt illusionibus. Symm. Job. XV. 7. — עָצֶה, *spina dorsi*. Levit. III. 9. Suidas: ψόα, μέρος τοῦ σώματος. ἐν τούτοις ἔγκειται οἱ νεφροὶ, δι' ὧν αἱ ὀρέξεις κινεῖσθαι πεφύκασι. Idem verba Psalmi l. c. subjungit. Pollux Lib. II. c. 4. segm. 285. Οἱ δὲ ἔνδοθεν κατὰ τὴν ὀσφὺν μύες καλοῦνται ψόαι καὶ νευρομῆτραι καὶ ἀλώπεκες. ὁ δὲ Κλέαρχος τοὺς ἔξωθεν κατὰ τῆς ῥάχεως μῦς οὕτως ὀνομάζει. Jungermannus in notis ad h. l. de his videre jubet Nunnesium ad II. Epit. Phrynichi in ψόα. Conf. et Casaubonum in Athen. p. 684. Fullerum Miscell. Sacr. Lib. V. c. 1. p. 605. et Fran-

zium ad Scriptt. Physiognom. Vett. p. 505.

ΨΟΓΕ'Ω, *vitupero, criminor.* 1 Macc. XI. 5. εἰς τὸ ψογῆσαι (in Cod. Alex. legitur ψογίσαι) αὐτόν. Vulgatus bene: *ut invidiam facerent ei.* Ib. v. 11. ἐψόγησεν, ubi Alex. ἐψόγισεν.

*ΨΟΓΙ'ΖΩ. Vide s. v. ψογέω.

ΨΟ'ΓΟΣ, *vituperium, reprehensio, criminatio.* דִּבָּה. Aqu. LXX Gen. XXXVII. 1. κατήνεγκαν δὲ κατὰ Ἰωσὴφ ψόγον πονηρὸν, deferebant Josephum *criminis* pessimi. Ps. XXX. 16. ἤκουσα ψόγον πολλῶν, audivi *criminationem* multorum. Ita et Jer. XX. 10. Aqu. Symm. sec. marg. cod. 130. Num. XIII. 32. Aqu. Theod. Prov. X. 18. Theod. Prov. XXV. 10. 3 Macc. II. 27. προέθετο δὲ δημοσίᾳ κατὰ τοῦ ἔθνους διαδοῦναι ψόγον, proponebat autem sibi publice *aliquid contra gentem suggerere, probro illam afficiendi.* Suidas: ψόγος, ἡ κακολογία. Hesych. ψόγος, κατάγνωσις, μέμψις, ὄνειδος. Lex. Cyrilli MS. Brem. ψόγος, ὕβρις. Lex. vet. ψόγος, *vituperatio, culpa.*

*ΨΟΝΘΟΜΦΑΝΗ'Χ. Vox Ægyptiaca respondet Hebr. צָפְנַת פַּעְנֵחַ, *Saphnath Pahaneach,* Gen. XLI. 45. ubi tamen Forsterus in libro de Bysso Antiq. p. 110. seq. in LXX legendum putat ψόνθομ φανὴχ, quomodo etiam plures codd. habent. Procopius: ψονθομφανὴχ ἑρμηνεύεται κεκρυμμένα ἀνεκάλυψε, aut, ut Origenes interpretatur: ᾧ ἀνεκαλύφθη τὸ μέλλον. Josephus A. J. Lib. II. c. 6. 1. p. 79. ed. Hav. (ubi vid. Bernardus p. 97.) σημαίνει τὸ ὄνομα κρυπτῶν εὑρετήν. Sed Hieron. Quæstt. Hebr. T. III. Opp. p. 146. E. dicit, sermone Ægyptio declarari *salvatorem mundi,* quam interpretationem probat Jablonski T. I. Opusc. p. 207. seq. Vide quoque Hottingeri Exercitatt. Anti-Morinianas p. 47. Confer Rosenmülleri Scholia ad Gen. l. l. ac Hodium de Bibl. Text. Orig. p. 114.

ΨΟΦΕ'Ω, *strideo, strepitum* s. f
crepitum edo, strepo, sono. רָקַע, *plaudo.* Ezech. VI. 11. ψόφησον τῷ ποδὶ, *strepe* pede. Vide et Ezech. XXV. 6. — תָּוָה Pih. *signo, circumscribo.* Symm. Theod. 1 Sam. XXI. 13. ἐψόφει.

ΨΟ'ΦΟΣ, *sonitus, strepitus, crepitus, fragor,* generaliter: *sonus.* רְתֹם imperat. *liga, junge.* Mich. I. 13. Legerunt יְהֹם vel יָהֹם a rad. הָמַם, *strepere, fremere.* — g
חֲזִיז, *fulgetrum.* Symmachus Job. XXXVIII. 25. ψόφον βροντῆς. — קוֹל. Symm. Job. XXXVII. 4. Hesych. ψόφος, ἦχος, κτύπος.

*ΨΥ'Α, i. q. ΨΟ'Α. חֹמֶשׁ. 2 Sam. II. 23. ubi libri nonnulli ψύαν loco ψόαν habent. Conf. ad h. l. L. Bos. ac Montfauconius. — כֶּסֶל. Symm. Ps. XXXVIII. 8. Vide Zonaræ Lex. col. 1875. seq. Philoxen. Gloss. ψύα, *lumbus.* h

ΨΥΓΜΟ'Σ, *refrigeratio,* vel *perfrictio;* item *exsiccatio, siccatio.* מִשְׁטָח, *expansio.* Ezech. XXVI. 5. et 14. ψυγμὸς σαγηνῶν, *siccatio* saginarum. Sic quoque Hebr. מִשְׁטַח de *expansione ad siccandum* exponendum erit. — מִשְׁטוֹחַ, idem. Ezech. XLVII. 11. — שְׁטוֹחַ infin. *expandendo.* Num. XI. 32.

ΨΥΚΤΗ'Ρ, *vas majus, in quo pocula abluuntur* et *vinum refrigeratur.* i
אֲגַרְטָל. Exod. I. 9. coll. Josepho A. J. XI. 1. 3. Suidas: ψυκτὴρ, σκεῦος, ἔνθα διανίζουσι τὰ ποτήρια. Ita et Lex. Cyrilli MS. Brem. Mentionem ejus fieri apud Platonem in Convivio, et Alcibiadem ebrium pro poculo sibi illud dari ibi velle observat Kuhnius Not. ad Pollucem Lib. VI. c. 16. segm. 99. p. 625. Conf. et Hemsterhusii Not. ad Pol-

a luc. Lib. X. c. 20. p. 1238. ac Toupium Emendatt. in Suidam et Hes. T. II. p. 395. Lond.

ΨΥ'ΛΛΑ et ΨΥ'ΛΛΟΣ, *pulex*. פַּרְעֹשׁ. 1 Sam. XXIV. 15. Al. 1 Sam. XXVI. 20. Conf. Bochartum Hieroz. P. II. Lib. IV. c. 19. p. 586. Atticis ψύλλα dicebatur. Vide Spanhemii Not. ad Aristoph. Nub. v. 145.

b ΨΥΧΑΓΩΓΙ'Α, proprie *animarum eductio*, seu *flexio, quæ fit per carmina, aliisque modis*, deinde *animi oblectatio et recreatio*. 2 Macc. II. 26. ubi est delectatio animi illecebrosa, qua lectores suavitate orationis alliciuntur ad legendum.

*ΨΥ'ΧΗ, i. q. ψύχος, *frigus*. יְקָר, *res pretiosa*. Zach. XIV. 6. καὶ ψύχη καὶ πάγος sec. cod. Vat. ubi re-
c liqui libri ψύχος habent, quod præfert Semlerus. Legerunt יְקָרוֹת a קָרַר, *frigescere*. Potest quidem ψύχη h. l. a ψύχος deduci, sed eodem jure statui potest, ψύχην fortasse pertinere ad voces Græcas dialecti Macedonicæ.

ΨΥΧΗ', *anima, animus, mens, voluntas, vita, halitus, homo, animal, corpus exanime, cadaver, ego ipse,*
d *tu ipse, ille ipse*. אִישׁ, *vir*. Levit. XVII. 9. ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ λαοῦ, exscindetur *homo* ille ex populo. — *אַוַּת נֶפֶשׁ, *desiderium animæ*. 1 Sam. XXIII. 20. τὸ πρὸς ψυχὴν, sensu eodem. — בֶּטֶן, *venter*. Prov. XIII. 26. ψυχαὶ δὲ ἀσεβῶν ἐνδεεῖς: ubi ψυχὴ *desiderium* notat, aut redundat, ut vertatur: impii indigentes. — חֶדֶר, *conclave*.
e Prov. XVIII. 8. ψυχαὶ δὲ ἀνδρογύνων πεινάσουσι, animæ autem effœminatorum, h. e. effœminati esurient. Ita Isocrates ψυχὰς τῶν πολιτευομένων vocat *cives*, et Polybius τὰς ψυχὰς τῶν Ῥωμαίων Romanos. Conf. Lex. N. T. s. h. v. et Wolfium ad 1 Petr. III. 20. p. 145. — *חַי, *vivit*. Inc. 1 Sam. I. 26. νὴ τῆς ψυχῆς τῆς ζωῆς σου. Scripsisse videtur νὴ τὴν ζωὴν τῆς ψυχῆς σου. — חַיָּה, *vita*. Job. XXXVIII. 39. ψυχὰς δὲ δρακόντων ἐμπλήσεις, animas autem draconum implebis, h. e. dracones satiabis. Vide et Psalm. LXXIII. 20. — חַיִּים plur. idem. Psalm. LXIII. 1. ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου, a timore inimici libera *vitam* meam. — חָמוּד, *desiderabile*. Ps. XXXVIII. 15. — *כֶּסֶל. Psalm. XXXVII. 7. ἡ ψυχή μου ἐπλήσθη ἐμπαιγμῶν. Lectio hæc cod. Vat., quæ transiit non solum ad Æthiop. et Arab. sed etiam ad complures Patres et rhythmicam Apollinarii versionem, hac ratione excusari potest, quod כֶּסֶל quandoque ad *animum* transfertur, nec commode dici potest, *lumbos impletos esse illusionibus*. Nihilominus tamen vitiosa hæc lectio visa est haud paucis (v. c. Semlero) et mutanda in αἱ ψόαι μου, quam lectionem exhibent Codd. XL. et XLI. Bibl. Reg. Alex. Ald. et Compl. ac Athanasius Comment. in Psalm. T. II. p. 91. Vide quoque Wesselingii Probab. pag. 292. seq. — לֵב, *cor*. 1 Reg. XI. 2. ἵνα μὴ ἐκκλίνωσι τὰς ψυχὰς ὑμῶν ὀπίσω εἰδώλων αὐτῶν, ne declinent *animos* vestros post idola sua, h. e. ne vos ad idololatriam seducant. 2 Reg. VI. 11. ἐξεκινήθη ἡ ψυχὴ βασιλέως, perturbabatur *animus* regis. Vide et 1 Par. XV. 29. Prov. XXVI. 25. 1 Par. XII. 38. ὁ κατάλοιπος Ἰσραὴλ ψυχὴ μία τοῦ βασιλεῦσαι τὸν Δαβὶδ, reliquus Israël una *anima*, h. e. unanimis, vel unanimiter volebat, ut regnaret David. Confer Act. IV. 32. et ad h. l. Elsnerum p. 382 ac Wolfium p. 1070. Ies. XXIV. 7. εὐφραινόμενοι ψυχὴν, læti *animo*. Prov. VI. 21. ubi ob antecedens ἀφάπτειν ψυχὴ vel per *pectus* vel per *cor* vertendum est. Vide

Opuscula Critica p. 297. — לֵבָב, idem. 1 Par. XVII. 2. πᾶν ἐν τῇ ψυχῇ σου ποίει, fac omne, quod in mente tua. 1 Par. XXII. 7. ἐμοὶ ἐγένετο ἐν τῇ ψυχῇ, mihi erat in animo. — לָשׁוֹן, lingua. Job. XXVII. 4. Ita ibi transtulerunt ob sequens μελετήσει. — מָוֶת, constr. מוֹת, mors. Num. XXIII. 10. moriatur anima mea ἐν ψυχαῖς δικαίων: ubi ψυχαὶ de defunctorum animis explicandum est. Conf. Lex. N. T. s. h. v. n. 2. — מַשְׁקֶה, potus. Ies. XXXII. 6. Ita Bielius ac Trommius. Sed ibi τὰς ψυχὰς τὰς διψώσας potius ad צָמֵא referendum est, ut τὰς ψυχὰς de suo addiderint. — מֵת, mortuus. Ezech. XLIV. 25. ἐπὶ ψυχὴν ἀνθρώπου οὐκ εἰσελεύσονται, ad cadaver hominis non ingredientur. — נֶפֶשׁ. Lev. XIX. 28. ἐντομίδας οὐ ποιήσετε ἐπὶ ψυχῇ ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, incisiones non facietis propter mortuum in corpore vestro. In notione cadaveris ad imitationem Hebr. נֶפֶשׁ legitur quoque Num. IX. 6. 7. 10. V. 2. Hagg. II. 14. Confer Sirac. XVI. 31. Lev. XXI. 11. ἐπὶ πάσῃ ψυχῇ τετελευτηκυίᾳ οὐκ εἰσελεύσεται, ad omne cadaver non ingredietur. Vide et Num. VI. 6. Gen. I. 24. ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν, producat terra animal vivens. Vide et Gen. II. 7. 19. IX. 10. et conf. Apoc. XVI. 3. et ad h. l. Wolfium p. 566. Gen. XVII. 14. exscindetur ψυχὴ ἐκείνη, homo ille. Ita et Ex. XII. 15. XXXI. 13. Gen. XLVI. 26. πᾶσαι αἱ ψυχαὶ, omnes homines. Conf. Lex. N. T. s. h. v. et Suiceri Thes. Eccles. T. II. p. 1579. Gen. XXXVII. 21. οὐ πατάξομεν αὐτὸν εἰς ψυχὴν, h. e. non ita percutiamus, ut animam vel vitam amittat. Gen. XXXV. 18. ἐν τῷ ἀφιέναι αὐτὴν τὴν ψυχὴν, cum exspiraret animam. Genes. XLIV. 30. coll. 1 Sam. XVIII. 1. Lev. II. 1. ἐὰν δὲ ψυχὴ προσφέρῃ δῶρον, si autem aliquis offerat munus. Vide et Lev. IV. 2. 27. Lev. XIX. 11. ὁ ἁπτόμενος τοῦ τεθνηκότος πάσης ψυχῆς ἀνθρώπου, qui tangit cadaver cujusvis hominis. f
Vide et v. 13. Num. XXXI. 35. ψυχαὶ ἀνθρώπων, homines. Ezech. XXVII. 13. mercaturam apud te exercent ἐν ψυχαῖς ἀνθρώπων, cum hominibus. Conf. Apoc. XVIII. 13. et Aristotel. Polit. VII. c. 14. p. 556. Exod. XXI. 23. δώσει ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς, dabit vitam pro vita. Conf. 1 Maccab. II. 50. Marc. X. g
45. et ad h. l. Elsner. pag. 155. Ex. XXII. 9. ὑμεῖς οἴδατε τὴν ψυχὴν τοῦ προσηλύτου, vos nostis animum proselyti. 1 Sam. XIII. 20. πάντα πρὸς ψυχὴν βασιλέως, omnia ad mentem, vel ex voto regis. Similiter Sirac. VII. 27. γυνή σοί ἐστι κατὰ ψυχὴν, si uxor tibi est ex animi tui sententia, ex voto, sicut desideras. Vide et Sir. XXVII. 16. Num. XXIII. 10. ἀποθάνοι ἡ ψυχή μου, h
moriar ego ipse. Vide et Jud. XVI. 31. Job. XXXIII. 22. Psalm. CIV. 18. Deuter. IV. 29. ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, ex toto animo tuo. Vide et Deuter. X. 12. XI. 13. et Marc. Anton. XII. 24. ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ δίκαια ποιεῖν καὶ τἀληθῆ λέγειν. 1 Sam. XXVIII. 21. ἔθέμην τὴν ψυχήν μου ἐν τῇ χειρί σου, vel, ut al. rectius, μου, posui animam meam in manu mea. Vide i
et Job. XIII. 14. Psalm. CXVIII. 108. Sic Græci dicunt proverbio ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχει de eo, qui versatur in summo discrimine. Usus fuit Xenarchus apud Athenæum. Vide Casaubonum p. 548. Drusium ad Job. l. c. et Observ. Lib. II. c. 18. 2 Sam. XXIII. 17. τῶν πορευθέντων ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, ambulantium cum periculo vitæ suæ. 1 Reg. XIX. 3. ἀπῆλθε κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, abibat, quocunque animus eum ferebat. Psalm. XXVI. 18. μὴ παραδῷς με εἰς ψυχὴν θλιβόντων με, ne tradas s. permittas me

a *libidini* illorum, qui affligunt me.
Job. XLI. 13. ἡ ψυχὴ αὐτοῦ (ὡς)
ἄνθρακες, *halitus* ejus, tanquam carbones.
Jerem. III. 11. ἐδικαίωσε τὴν
ψυχὴν αὐτῆς, justificavit *se ipsam.*
Conf. Job. XXXII. 2. Prov. XVI.
3. XIX. 8. ubi LXX נַפְשׁוֹ reddunt
ἑαυτόν. Vide Vorstii Philol.
Sacr. P. I. c. 4. Adde Sir. IX. 2.
6. X. 32. XXX. 22. Matth. XX.
b 28. coll. Gal. I. 4. 1 Tim. II. 6.
Jerem. XV. 1. οὐκ ἔστιν ἡ ψυχή μου
πρὸς αὐτούς, non *propensum* s. *reconciliatum*
in illos habeo *animum.*
Prov. XIX. 18. ubi formulæ αἴρειν
τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ apud Aquilam, et
ἐπαίρεσθαι τῇ ψυχῇ apud LXX notant
incitato animo esse, speciatim
ira abripi. Conf. Jaegerum ad h. l.
Symm. Gen. XIV. 21. τὰς ψυχάς.
c Quid si scripserit τὰς ψυχὰς τῶν
ἀνδρῶν? Nam cur hic secundum
receptam lectionem Hebraismum a
LXX evitatum retinuerit, causam
video nullam. Hos. IV. 8. ἐν δὲ ταῖς
ἀδικίαις αὐτῶν λήψονται τὰς ψυχὰς
αὐτῶν, h. e. ob hæc ipsorum scelera
abducentur captivi, vel potius *necabuntur,*
ut dictum sit pro ληφθήσονται
αἱ ψυχαὶ αὐτῶν, ac LXX puta-
d rint, שְׂאֵת נֶפֶשׁ esse i. q. קַחַת
נֶפֶשׁ, h. e. *necare, mori jubere.*
1 Reg. XIX. 4. Jon. IV. 4.—
*נֶשֶׁף, *crepusculum.* Ies. XXI. 4.
Legerunt literis transpositis נֶפֶשׁ.
— *פָּנִים plur. *facies.* Proverb.
XXVII. 23. ψυχὰς ποιμνίου σου: ubi
ex Jaegeri sententia vel legerunt
נֶפֶשׁ, ut c. XII. 10. vel פָּנִים non
de *conditione* et *habitu pingui* aut
e *macro* intellexerunt, sed de *singulis
pecudum capitibus, quæ numerantur
in grege.* Job. XXI. 8. κατὰ τὴν
ψυχήν, secundum *desiderium.* —
*פַּרְעֹשׁ, *pulex.* 1 Sam. XXIV. 20.
τὴν ψυχήν μου sec. Vat. et Alex.
Nonnulli statuunt, hos interpretes
liberius pro more suo transtulisse
aut נַפְשִׁי in suis codd. invenisse,
et omisso illo μου (quod in textum
recepta falsa lectione manus male *f*
seduli librarii adjecit) scribendum
esse ψύλλην aut ψύλλαν. — *רוּחַ,
spiritus. Gen. XLI. 8. Ex. XXXV.
20. — רָעָה fœm. ex רַע, *mala.*
1 Par. XXIV. 10. Sc. רָעָה h. l.
interitum, malum, quod alicui infertur,
notat. Ergo sensum expresserunt:
nam ζητεῖν τὴν ψυχήν τινος
et *quærere interitum alicujus* sensu
minime differunt. — Verba πλὴν ὅσα
ποιηθήσεται ψυχῇ, quæ Deut. XVI.
8. leguntur, et quibus nihil respondet
in textu Hebr., desumta illa
ex Exod. XII. 16., reddenda sunt:
*præter ea, quæ ad vitam tuendam
referuntur.* Sir. VII. 20. ubi ἀδόνου
ψυχὴν is dicitur, *qui sibi non parcit,
sed omnes animæ corporisque
vires impendit.* Verte: *se tibi totum
impendentem.* Sirac. IX. 2. μὴ δῷς
γυναικὶ τὴν ψυχήν σου, ne te ipsum
aut totum uxori committas ac permittas,
aut ne omnia illi indulgeas.
Videtur hic ψυχὴ *voluntatem* significare.
Conf. ib. v. 6. Sirac. IX. 13.
ψυχή, *libido, concupiscentia.* Sirac.
XIV. 4. qui colligit ἀπὸ τῆς ψυχῆ[s]
αὐτοῦ, ita ut sibi ipsi necessari[a]
subtrahat, aut sibi sit injurius, seu
qui defraudat genium suum parc[e]
et sordide vivendo. Ψυχὴ hic no-
tare videtur *corpus,* ut v. 9. e[t]
Num. IX. 15. Sirac. XVI. 30. ubi
loco ψυχὴν legendum mihi videtur
ψυχή, *anima* omnis animalis, h. e.
omne animal, omne vivens tegit
etc. Sic Syrus. Sirac. XIX. 16. ἀπὸ
ψυχῆς, animo, h. e. studio, propo-
sito et intentione lædendi, detra-
hendi et calumniandi. Sir. XVIII.
2. ubi ψ. est *conscientia, judicium
recti pravique, quod est in animo
humano.* Sic καρδία 1 Joh. III. 21.
Sirac. XXIV. 1. ψυχὴν αὐτῆς (leg.
αὑτῆς), laudat et commendat sem[et]
ipsum. Sir. XXXIV. 20. ἡ ψυχὴ α[ὐ]-
τοῦ μετ' αὐτοῦ ἐστι, *mentis suæ com[pos]*

pos est. Ib. XXXV. 23. *conscientia*, quæ est lex et norma actionum. Sirac. XXXVII. 6. ubi suspecta mihi sunt verba ἐν τῇ ψυχῇ σου ob parallelismum sententiarum. Vel legendum est ὕψει, vel voci ψυχὴ notio rarior *fortunæ prosperæ* tribuenda est, quæ etiam v. 12. locum habere potest. 2 Maccab. XV. 17. ubi ἐπανορθῶσαι τὴν ψυχήν τινος est alicujus *animum territum abjectumque* erigere et confirmare: ubi loco παρορθῶσαι in Cod. Alex. et Compl. παιδεῦσαι e glossemate legitur. De *manibus* s. *animis defunctorum* usurpatum reperitur Sap. III. 1. coll. v. 13. ubi ἐν ἐπισκοπῇ ψυχῶν est *in judicio, quo de mortuis decernit Deus*. Sir. V. 2. *cupiditates, propensiones*, i. q. in seq. ἐπιθυμίαι καρδίας. Sic quoque legitur ib. XVIII. 29. 30.

*ΤΡΈΧΕΙΝ ΠΕΡΙ' ΨΥΧΗ͂Σ, sc. δρόμον s. κίνδυνον) dicitur vel de *iis, qui magno alicujus rei consequendæ studio feruntur*, vel *in periculo versantur, quod summa contentione fugiendum sit*. בְּנַפְשׁוֹ הוּא, *in animam suam ipse*. Prov. VII. 23. Vide Herodot. IX. 37. Homer. Il. X', 161. In Aristophanis Nubibus, ni fallor, formula θεῖν περὶ ψυχῆς occurrit. Formula *pro salute currere* usus est Ammianus Marcellinus XXIV. 4. 1 Macc. XII. 51. περὶ ψυχῆς αὐτοῖς ἐστι, se in summo vitæ periculo versari.

*ΨΥΧΙΚΟ'Σ, *ad animum vel animam pertinens*. 4 Macc. I. 32. ἐπιθυμίαι ψυχικαί.

ΨΥΧΙΚΩ͂Σ, *ex animo, animitus*. 2 Macc. IV. 37. XIV. 24.

ΨΥ'ΧΟΣ, *frigus*. יְקָר, *res pretiosa*. Symm. LXX Zach. XIV. 6. Vide supra s. ψύχη. — חֹרֶף, *hiems*. Symmach. Prov. XX. 4. — קִפָּא, *coagulatio*. Symm. Zach. XIV. 6. — קֹר. Gen. VIII. 22. — קָרָה. Job. XXXVII. 9. Psalm. CXLVII. 6.

ΨΥΧΟΥΛΚΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, *animam traho*. 3 Maccab. V. 25. ubi Judæi dicuntur ψυχουλκούμενοι, *animam trahentes*, h. e. *tantum victuri*. Hesych. ψυχουλκούμενοι, τὰς ψυχὰς ἑλκόμενοι. f

ΨΥΧΡΟ'Σ, *frigidus*. קַר. Prov. XXV. 26. ὕδωρ ψυχρόν. Vide et Sir. XLIII. 24. ψυχρὸς ἄνεμος.

ΨΥ'ΧΩ, *refrigero, spiro, arefacio*, it. *scaturio, scaturire facio*. הֵקִיר Hiph. a קוּר, *eructo*. Jerem. VI. 7. g
ὡς ψύχει λάκκος ὕδωρ αὐτοῦ, οὕτως ψύχει κακία αὐτῆς, sicut *scaturire* facit cisterna aquam suam, ita *scaturit* malitia ejus. Al. 2 Reg. XIX. 23. ἔψυξα. Hesych. ψύξασαι, πνεύσασαι, ῥυήσασαι. — שָׁטַח, *expando*. 2 Sam. XVII. 19. ἔψυξεν ἐν αὐτῷ ἀραφὼθ, *expandit ad arefaciendum* seu *torrefaciendum* in illo ficuum parvas mazas. Jerem. VIII. 2. ψύξουσιν αὐτὰ πρὸς τὸν ἥλιον, *exponent* h
ea aëri, ut *frigefiant* in eo. Alii vertere malunt: *arefacient illa ad solem*. Hesych. ψύξουσι, ξηραίνουσι. Vide et Num. XI. 32.

ΨΩΜΙ'ΖΩ, pr. *in frusta concido et seco*, deinde *pasco conciso cibo et particulatim in os indito, buccellam in os ingero, alo, nutrio, cibo*. הֶאֱכִיל Hiph. *edere facio, edendum do*. Num. XI. 4. τίς ἡμᾶς ψωμιεῖ κρέα; quis nos *cibabit* carne? Vide et Deut. VIII. i
3. 16. XXXII. 13. Symm. Psalm. LXXIX. 6. ψωμιεῖς ἡμᾶς ἄρτον δακρύων, *cibabis* nos lacrymis tanquam pane. Vide et Jer. IX. 14. XXIII. 15. Psalm. LXXX. 14. ἐψώμισεν αὐτοὺς ἐκ στέατος πυροῦ, cibabat illos ex adipe frumenti. Phavor. ἐψώμισεν, ἔθρεψεν. Idem legitur apud Zonaram Lex. 945. Ies. LVIII. 14. ψωμιεῖ σε τὴν κληρονομίαν Ἰακὼβ, *cibabit* te hæreditate Jacobi, h. e. *efficiet, ut fruamini*, etc. Lex. Cyrilli MS.

a Brem. ψωμιεῖ σε (MS. ψωμιεῖσαι), θρέψει σε. — הִבְרָה Hiph. idem. 2 Sam. XIII. 5. — הִכְפִּישׁ Hiph. *deprimo*. Thren. III. 16. ἐψώμισέ με σποδὸν, ubi alia imagine usi sunt. Sc. ad mortem damnatis in Oriente potus sale, calce et cinere mixtus, ex quo tormina ventris oriebantur, præberi solebat. Confer Histor. Timuri T. II. p. 124. 142. et 926.
b Præterea جغس secundum Gieuhari notat *male habuit ex indigestione et cruditate stomachi*. — טְעֵם Chald. Pah. *do gustandum*. Dan. IV. 22. 29. V. 23. Sap. XV. 20. Sir. XV. 3. XXIX. 29.

ΨΩΜΟ'Σ, *frustum rei esculentæ, quantum bucca possit simul capere, buccella, frustum panis, panis*. Vocabulum linguæ Græcæ vulgaris
c ψωμὶ *panem* significat. לֶחֶם, *panis*. Job. XXII. 7. Suidas: ψωμὸς, ὁ ἄρτος. — עֹמֶר, *manipulus*. Job. XXIV. 10. — פַּת. Ruth. II. 14. 1 Sam. XXVIII. 22. 1 Reg. XVII. 11. Aqu. Symm. Lev. II. 6. Aqu. Lev. VI. 21. ubi loco ψωμὸν legendum ψωμῶν, ne numerus et casus nominis Hebr. neglegatur.

'ΕΝΔΕΗ'Σ ΨΩΜΟΥ', *indigens frusto panis*. פְּתַיּוּת, *fatuitas*. Prov. IX. 13. ubi in mente habuisse videtur locum cap. VI. 26.

ΨΩ'ΡΑ, *scabies*, a ψαίρω, *frico*. שַׁחֶפֶת, *tabes*. Lev. XXVI. 16. Suidas: ψώρα, κνησμονή.

ΨΩ'ΡΑ 'ΑΓΡΙ'Α, *scabies agrestis, fera*. גָּרָב, *scabies maligna*. Levit. XXI. 20. Deut. XXVIII. 27.

ΨΩΡΑΓΡΙΩ͂Ν, *scabiem agrestem habens, fera scabie laborans, scabiosus*. גָּרָב. Lev. XXII. 22. Hesych. ψωραλέοντα, ψωριῶντα. Sed reponendum videtur ex Levit. l. c. ψωραγριῶντα pro ψωραλέοντα.

Ω

Ὦ et Ὢ, *adverbium vocandi, exclamandi, dolendi, O*. אֲהָהּ, *ah*. 2 Reg. III. 10. VI. 5. 15. Jerem. IV. 10. Theod. Ezech. IV. 14. — אוֹי, *væ, eheu*. Ies. VI. 5. Ezech. XXIV. 6. — הוֹי Jer. XXIII. 1. Ez. XXXIV. 2. Inc. Ies. XXX. 1. Hesych. Ὢ, ἐπίῤ-
d ῥημα σχετλιασμοῦ.

Ὢ ὤ, *O O*. אוֹי. Num. XXIV. 23. הָהּ, *ah*. Ez. XXX. 2. — הוֹי הוֹי. Zach. II. 6.

Ὢ ΔΗ', *obsecro*. אָנָּה. Aqu. Symm. Theod. Ies. XXXVIII. 3. ὢ δὴ κύριε, *obsecro* Domine. — אָנָּא. Aqu. Symm. Theod. Ps. CXVII 26.

*ΚΑΙ' ΕΙ'ΠΟΝ Ὦ, *et dixerunt hem*. וָמַעְלָה, *et supra* seu *desuper* ut Vulg. transtulit. 2 Reg. III. 21 ubi recte Montfauconio hæc lectio vitio facta videtur ex καὶ ἐπάνω.

*Ὢ ΟΙ'ΜΟΙ, *heu væ mihi*. אוֹי לִי *væ mihi*. Aqu. Ies. XXIV. 16. ubi vel illud Ὢ expungendum est, aut scribendum Ὤοι μοι, vel legendum Ὤ μοι.

Ὦα vel Ὤα, etiam Ὄα, propr. *pellis ovina*, deinde *fimbria, ora vestis*. Scilicet solebant olim ora vestium ovinis pellibus munire, ne

a atterenentur, teste Eustathio ad
Odyss. P', οἱ γὰρ παλαιοὶ ταῖς ἐσθῆσι
ᾤος δέρμα προσέῤῥαπτον, ἵνα ἥκιστα τρί-
βοιντο τὰ κάτω τῶν ἱματίων. פֶּה, os,
oris, ora, *fimbria.* Symm. et LXX
Psalm. CXXXII. 3. ἐπὶ τὴν ᾤαν τοῦ
ἐνδύματος αὐτοῦ, in *oram* vestimenti
ejus. Hesych. ᾤα, τοῦ προβάτου ἡ
μηλωτή. ᾦαι δὲ τῶν ἱματίων καὶ τὸ λῶμα
τοῦ ἐνδύματος, καὶ τὸ περιστόμιον τοῦ
b ἱματίου. Idem: ᾤων, περιστομίων. Ita
enim legendum est. Suidas: ᾤα,
μηλωτὴ, διφθέρα, καὶ τὸ λῶμα τοῦ ἐν-
δύματος περὶ τὴν πέζαν. ἢ τὸ περιστόμιον
ᾤαν ἐκάλεσεν ὁ Δαβίδ. ὃ καλοῦμεν περι-
τραχήλιον. οἱ δὲ στόμα ἐνδύματος εἰρήκα-
σιν, οἱ δὲ τὴν ἀνάκλασιν τοῦ ἱματίου.
Idem verba Psalm. l. c. subjicit.
Lex. Cyrilli MS. Brem. ᾤα, τὸ ἄκρον
τοῦ ἱματίου ἢ ὃ καλοῦμεν περιτραχήλιον,
c ἤτοι περιστόμιον. τοῦτο δὲ ὁ Ἀκύλας στό-
μα ἐνδύματος εἴρηκεν. ἢ ἀνάκλασις τοῦ
κρασπέδου. Vide Bochartum Hieroz.
P. I. Lib. II. c. 43. p. 423.—שָׂפָה,
labrum. Exod. XXVIII. 28. ubi in
Cod. Alex. legitur ὦτα. Ib. XXXIX.
22.

῏ΩΔΕ, *hic, huc, ibi.* הֲלֹם. Exod.
III. 5. Jud. XVIII. 3. XX. 7. —
הִנֵּה, *ecce.* LXX sec. Hex. Jud.
d XVI. 2. Symm. 2 Sam. V. 6. — כּ*
similitudinis. 1 Sam. IX. 27. sec.
Compl. Videntur illud ὧδε sensus
causa de suo addidisse. — פֹּה. Gen.
XIX. 12. XL. 15. 2 Reg. III. 11.
Lex. Cyrilli MS. Brem. ὧδε, ἐνταῦθα
ἢ οὕτως.

᾿ΩΔΗ', contr. ex ἀοιδὴ, *canticum,*
carmen. דֶּרֶךְ, *via.* Ps. CXXXVII.
6. ubi tamen pro ᾠδαῖς legere mal-
e lem ὁδοῖς. — הִגָּיוֹן, *meditatio.* Ps.
XCI. 4. הָגָה etiam de *carmine*
quandoque adhiberi satis notum
est.—זִמְרָה. Symm. Ps. LXXX. 3.
— מִזְמוֹר, *psalmus.* Ps. XXXVIII.
1. XLVII. 1. — מַשָּׂא, *elevatio,* sc.
vocis. 1 Par. XV. 22. 27. — נְגִינוֹת
plur. *modulationes.* Hab. III. 18. —
קוֹל, *vox.* Esdr. III. 12.—שִׁגְיֹנוֹת
plur. *cantiones erraticæ, carmina*
tristia. Hab. III. 1. Sc. vox Hebr. f
etiam *carmen* et *cantum* simpliciter
notat, nisi legerint הִגָּיוֹן, quod ita
vertere solent.—שִׁיר masc. Jud. V.
12. 1 Par. VI. 32. et alibi sæpius.
— שִׁירָה fœm. Exod. XIV. 32.
Deut. XXXI. 19. 2 Sam. XXII. 1.
— תְּפִלָּה, *oratio,* etiam *carmen,*
quod preces continet. Aqu. Symm.
Hab. III. 1. — Vide alibi διάψαλ-
μα. g

᾿ΩΔΙ'Ν, *dolor parturientis, dolor*
vehemens, it. *clamor vehemens,* it.
funis, vinculum. בֶּטֶן, *venter, uterus*
parturientis. Hos. IX. 13. — בָּנִים
plur. ex בֵּן, *filii, liberi.* Ies. XXXVII.
3. ἥκει ἡ ὠδὶν τῇ τικτούσῃ, venit *dolor*
parturienti. Eundem sensum quo-
que habet dictio Hebr. proverbia-
lis: *venerunt liberi usque ad matri-*
